UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

Durantis, Guilelmus

Augustae Taurinorum, 1578

Secundo decreto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96857

Visual Library

verum,ſi poſſeſſor fatetur ſe dominum illius rei;ſecus ſi neget.Dic ergo ꝙ
opinio Mar.eſt verior,quia eſt reperire primum & ſecundum decretũ ſer-
tiri ſuum effectum ſine miſsione corporali,l.quamuis.de bo.auct.iud.poſ.
quæ alibi non reperitur. vnde ſi per vim tyranni impediretur corporalis
poſſeſsionis apprehenſio, tunc ſufficit ꝙ primum & ſecundum decretum
verbotenus interponatur.quod nota.Sed quare mulier probat?Reſpõdet
quia vir poſsidet,ideo prçſumitur dñs quantum ad patiendum iudicij ,p-
ceſſum.arg.l.fi.C.de petitio.hær.fac.ꝙ no.in l.fi.de priuile.credit.ſed nõ-
ne res iſtç erant in domo in qua habitabant indifferenter, & quare potius
prçſumuntur eſſe viri quam vxoris?Reſpondeo propter eminentiam:vn-
de oportet quod uxor probet, l.ſi ego.§.dotis.de iure dot.& ibi dicitur
quod poteſt probari per priuatam ſcripturam mariti,hoc etiam quando-
que patet ex qualitate rerum,quia ſunt veſtes muliebres tanquam res pa-
raphernales,l.hoc legatum.de lega.3.nam ea quæ ſunt ad ſuum vſum poſ-
ſidet,ergo præſumitur domina,vt l.penult.de condi.inſtitut.& l.prima.fa
mil.erciſc.

* Item quçrit,debitor contra quem fieri debet miſsio,in fraudem tradidit
poſſeſsionem,vel prodidit ſe faciendo expelli:vtrum executio poterit fie-
ri ꝯ nouum poſſeſſorem.Cynus quod ſic,in l.j.C.de alie.iud.mut.cau.fact.
Bar.contra.imo eſt agendũ via ordinaria cõtra talem poſſeſſorem,per l.j.
§.ſi neceſſario.ff.ſi mulier ven.nom.& l.fi.eo.titu.Bal.fac.idem Bald.in l.ſi
vxor.de condit.inſer.& l.Titia.§.Gaius.de leg.2.

* An creditor miſſus in pignore prætorio poſsideat.Alber.in l.ſi duo.§.cre
ditor.vti poſsi.dicit quod non,ſecus in miſſo ex conuentione.nã ipſe poſ-
ſidet,ut no.gl.in l.j.de pig.act.& l.cum notiſsimi.§ 2.de prçſcri.30.annor.

* Nota ꝙ miſſus in poſſeſsionem in reali ex primo decreto, per tranſcur-
ſum anni efficitur verus poſſeſſor.hoc verum ſi vere apprehendat poſſeſ-
ſionem.Alb.in l per interdidictum.§.prçtor.ne uis fiat ei.& l.ſi quis em-
ptionis.§.plures.de prçſcript.30.ann.

* An miſſus in poſſeſsionem ex re iudicata.vel ex forma ſtatutorum,uel ex
reali efficitur verus poſſeſſor.Bar.in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re
iudi.Bal.in l.ordo.C.de execut.rei iudica.& l.conſentaneum.quomodo &
quando iudex.Ange.in l.3.§.genera.de acquir.poſſeſ.

¶De ſecundo Decreto. Rubrica.

SAtis clare ac cõpendioſè de primo decreto tractauimus.
Reſtat igiť,vt de ſecundo aliqua diſputemus:in quo con-
ſiderandũm eſt,Quid ſit ſecundum decretum:Qualiter in
terponatur:Quando,& intra quod tempus,in qb.actio-
nibus,vel rebus:A quibus iudicibus,& quo iure poſtuletur inter
poni:Et quis ſit eius effectus.

SVMMARIVM.

1 *Secundum decretum quid ſit.*

1 1.§.Videndum igitur prius occurrit.† quid ſit ſe
cundum decretum.Eſt autem ſecundum decretum, ſecundus iuſſus iudicis, quo iubet bona alicuius propter contumaciam poſſideri, quæ prius ex primo decreto detinebantur:velut ex ſequentibus apparebit,& probatur extra,de eo,qui mit in poſſ.cauſa rei ſeruan.cap.1.& ff.de dam.infect.prætoris officium.& l.prçtor.& l.ſi finita.§.Iulianus.& ff.vt leg.vel fideicommiſ.no.ca.l.1.ff.vt in poſſeſ.leg.l.j.& C.eod.certa forma.

SVMMARIVM.

1 *Secundum decretum nunquam interponitur,niſi cum cauſæ cognitione,et vtraque parte præſente.*

2 *Secundum decretũ interponi debet,cum reus non reperitur:& denunciatione facta in eius domo, vel vico, ſi non venerit,uel ſi uenerit,& nihil rationabile propoſuerit,quare non debeat interponi.*

3 *Exceptionem excommunicationis opponens petenti, ſecundum decretum an ſit admittendus.*

4 *Actor petens ſecundum decretum interponi,qualiter ſuam petitionẽ formabit.*

5 *Petens aliquid ſibi in ſolutum dari,quomodo formare habeat ſuam petitionem.*

6 *Formarum diuerſitas in caſu interponendi ſecundi decreti, quo ad dationem in ſolutum.*

7 *Petente aliquo ſibi bona dari, in ſolutum,debet iudex mittere præconem ad citandum partes,ſeu defenſores:quod ſi nullus appareat,conſtituet, curatorem bonorum,qui ſub forma ſpeciali facere habeat illorum inuentarium.*

8 *Forma ſecundi decreti,ſeu dationis in ſolutum.*

9 *Creditoribus plurib.in petitione ſecundi decreti concurrentib.quę & qualiter facienda ſit narratio:& ſi non ſint tot bona,quæ ſufficiant creditori poſteriori,quid ſit agendum.& num.ſeq.*

11 *Ad data in ſolutum,quo pacto quis poſsit habere recurſum.*

12 *Dominium non acquiritur per primum decretum,ſed ſola cuſtodia.*

13 *Iudex quib.uerbis uti debeat in ſecundi decreti prolatione.*

14 *Iudex quomodo ſe habere debeat circa ſecũdi decreti interpoſitionem in perſonali actione.*

*Sententia de uendendis reb.debitoris,quo caſu ſit ſolum interlocutoria.*

16 *Miſſio in poſſeſſionem,& venditio,an locum habeant contra eccleſiam ſicut contra pupillum.*

17 *Venditio bonorum eccleſiaſticorum qualiter ſit in actione perſonali facienda.*

18 *Curator uoluntarius dandus eſt iudicis auctoritate bonis debitoris uendẽdis,uel creditori aſſignandis.*

19 *Emptore non inuento de re diu ſubhaſtata, qualiter habeat iudex de illa prouidere.*

20 *Differentia inter rem uendi,uel in ſolutum dari ex ſecundo decreto, vel ꝑ interlocutoriam ſententiam,uel diffinitiuam executioni mandatam.*

21 *Miſsus in poſſeſsionem ad hoc,ut petere poſsit venditionem,quatuor ſunt neceſſaria.*

22 *Aduerſarius reo abſente probans debitum non autem proponit exceptionem reo competentem,an ſi iudex tunc pronunciat venditionem, poſsit illa retractari.*

Qualiter interponatur ſecundum decretum.

2.§.Nunc dicamus,qualiter interponať.Sup quo no
tãdum eſt,ꝙ ſecuudũ quoſdam, ſecundum
decretum locũ habet tantum in perſonalibus.Alij dicunt quod
in perſonalibus,& in realibus locum habet:vt dicetur.ĩ.in §.vi-
dendum.verſ hoc quoque.Vnde ſecundum vtramque opinio-
nem aliquas formas ſubijciamus: & primo proſequamur, cum
1 perſonali actum eſt.†¶Scias ergo,quod ſi quis miſſus eſt in poſ
ſeſſionem aliquarum rerum pro modo debiti declarati,nec ve-
niat abſens intra tempus,de quo habetur ĩ.§.iuxta.tunc veniat
miſſus ad iudicem,& petat bona,in quibus fuit miſſus,ſibi in ſo
lutum dari.Ad quod hoc ordine procedetur.Iudex enim adhuc
a illum citabit:[a] vt C de iudic.auth.iubemus.Nam ſecundum de-
cretum vtraque parte præſente debet interponi, ff.de dam.in-
fect.dies.§.ſi forte.& probatur & not.ſecundum Papã,extra,de
eo,qui mit.in poſſ.c.j.& ĩ.§.reſtat.in prin.cũ debeat interponi
cum cauſę cognitione,vt ff.vt in poſ.leg.l.ſi is à quo.& ext ut li
te non conte.quoniam.§.quod ſi ſuper.& ff de dam.infect.ſi fi-
nita.& in præ.§.ſi forte.& vbi deſideratur cauſæ cognitio, debet
b fieri vtraque parte præſente.[b] ff.de re indic.de vnoquoq;.ff.de
mino.in cauſæ.ff.de bo.poſ.l 3.§ penul.extr.de cauſa poſ.& pro
pri.c.j.ff.de adop.nam ita.ff.de mino.verum.§.cauſa.& iudex ad
monebit illum,quod caueat,vel iuri pareat.Et ſi reſpondeat,vo-
lo.ceſſat ſecundum decretum.Si autem dixerit,nolo, vel cõpa-
rere nolit.tunc interponiť:vt ĩ.tit.prox.ver.pen.quia contuma-
cia pro præſentia habetur,extra,de do.& cõtu.veritatis.ff.de re
iud.contumacia.Et quod iterũ ſit faciẽda monitio, dicit l.C.de
iud.auth.iubemus.ff.de iud.& poſt edictum.In cauſæ autem co-
gnitione vertitur,an ſit pupillus,vel abſens cauſa Reipublicæ:vt
ĩ.§.prox.& s̃.§.reſtat.ver.ſed pone.& ſeq.& ſimilia,vt ĩ §.vidẽ
dum.Quod ſi probetur,non debet iudex properare ad ſecundũ
decretum: alioquin datur reſtitutio.ut in præ.l.ſi finita.§.ſi for-
te.& §.poſtea.& l.ſi qs miſſum.& l eorũ.ff.ex qui.cau.ma.ab ho-
c ſtib.§.ſi damnũ.ꝙ dic,ſ̃m Roſ.3.lib.in tit.de ſecũdo decr.&[c] iũ-
2 ge,ꝙ eſt ĩ.§.reſtat.†¶Quod ſi reus non reperiť,dẽt denũciari in
domo ſua,vel in vico eius præconizari,ſi qs eũ defendere velit:
vt dixi s̃.de citat.§.ſequiť.ver.illud ẽt nota.& ſi non venerit:vel
ſi venerit:ſed aliquid rationabile: quare interponi non debeat,
3 non poſuerit,iudex ſ̃m decretum interponere dẽt.†¶Quid er
go, ſi opponať exceptio excõicationis petenti ſ̃m decretum?
Rñdeo,dico admittẽdum:vt ext.de exce pia lib.6.& c.exceptio
nẽ.Adhuc tñ poſt ſecundum decretum poterit recuperare poſ-
ſeſſionem vt dicam ĩ.eo.§.vlti.Si vero in ſua perduret ꝯtuma-
cia, poteſt actor impetrare, ꝙ poſſit bona vendere, vel ꝙ ſibi
dentur in ſolutum,vt infra dicetur.
4 †¶Actor igitur petens ſecundum decretum interponi,ſic ſuam
petitio

ADDITIONES.

a Citabit.¶Et eſt caſus expreſſus ff.quod cuiuſq; vniuer.l.j.§.quib.aũt.Qđ
ergo dicit lex,ꝯſentaneũ.de perſeuerante in ꝯtumacia, ſupple, ꝙ apparet
per nouam citationem.Nec mirũ:quia.l.præſenti.C.de his,qui ad ecc.cõ
fu.ante medium,ſecundum decretum vocat ſententiam ergo ad illam ne-
ceſſaria eſt præſentia,vel contumacia, ff.de re iud.de vnoquoq;.& C.qũo
& quando.l.ea quæ.

b Prçſente.¶Et à iudice pro tribunali ſedẽte,ut dixi s̃.§.ſecũdo.poſt princ.

c Secundo decreto.¶Dat hanc remiſsionẽ ꝑ ꝑ ꝯriũ,ꝙ ibi ſignat de l.ignora
re.C.de teſti.mi.& eorũ,qui Reipublicæ cauſa abſunt:ubi ꝯ ſic abſentis bo
na poſsidentur,ſi non defenduntur.Reſpondet,quod uerum eſt,bona poſ
ſideri, ſi non defenduntur: ſed allegata ipſorum abſentia non coguntur ſe
defendere,ff.eo.eũ qui in prouincia.l.2.ſed ibi glo.ꝯ,ſ.ꝙ bona poſsidebunť
ſi non defendantur.Dicit aũt ibi Rofr.ꝙ qñ non allegať cauſa abſentiæ, &
ſic poſsidentur bona, bene ꝯtrahitur ibi pignus: non tamen tale,quale in
rebus aliorum.Hoc intelliges per verſ.ſed pone.s̃.proxi.allegatum: & ſic
intelligitur l.eum qui.ff.de priui.cred.quæ dicit ibi pignus non contrahi:
vt etiam ibi not.de hoc plenius ſcripſi,de eo,qui mit.in poſſeſ.cap.fin.poſt
prin.magnæ gloſſæ.

petitionē formabit: FORMA. Coram vobis domino tali, pro-
pono ego talis, quod cum nuper M. ad meam inſtantiam citauiſ
ſetis perēptorie, vt veniret tali die, in tali cauſa reſponſurus mi-
hi, prout ordo exigeret rationis, ipſe tamen die ipſa per ſe. vel p
alium non comparuit, nec etiam poſt, diutius expectatus, ꝓpter
quod ob eius contumaciam miſſus fui per vos ex primo decreto
in poſſeſſionem talium rerum ipſius. Cæterum cum ipſe conti-
nue in eadem contumacia pſtiterit, tantumque tempus ſit ela-
pſum, ꝙ ſufficit ad interponendum ſecundum decretum, peto
mihi dari & adiudicari in ſolutū dicta bona, in quorum fui poſ-
ſeſſionem cauſa rei ſeruandæ inductus. Et hoc; cum actum eſt
a reali actione,[a] j. verſicu. verum. ſi vero perſonali, dicat, ut ſupra
p omnia, & hoc ſaluo, quod poſt illa verba, talium rerum ipſius
iungatur, pro modo debiti declarati Vel dicat ſic: FOR. Peto mi
hi dari, & adiudicari in ſolutum in bonis, & de bonis eiuſdē Mar
tini tantum, quod valeat centum, vel nomine ſortis, in qb. mihi
tenetur, & duplum nomine pœnæ, & expenſas factas, & facien-
das. & hoc peto ex vigore plurium inſtrumentorum, uel ex vigo
re talis inſtrumenti, & ſententię & tenutæ. Vel breuius concipe,
vt j. in tract. lib. de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. ver. cęterum.
5 †¶ Aliquando autē vxor alicuius, ſeu pater vxoris petit ſibi da-
ri in ſolutum pro dote de bonis viri ad inopiam vergentis: & tūc
dicat centū libras, quas ei dedit in dotē, & peto expēſas factas &
faciendas, cum male vtat̄ ſua ſubſtātia, & ad inopiam vergat. ex
tra de conſue. ex parte. C. de iure dot. in rebus. & l. vbi. & ſic in ſi-
milibus caſibus, in quibus petitur aliquid dari in ſolutum. ¶ Por
ro a iudice huiuſmodi petitione recepta, citetur reus iterū: & ſi
venerit, ordinario iudicio procedatur, vt fiat litis conteſtatio, &
iuretur, vt dixi s̃. in prin. & s̃. §. ſequitur. verſi. interpoſita igitur,
Quod ſi nō venerit, faciat per publicum præconem proclamari
ꝙ omnes alij creditores, & ius habentes in bonis illis, vel ea de-
fendere volentes, compareant coram eo.
6 †¶ Cuius nuncij, ſeu pręconis relatio hoc mō ſcribatur? FOR-
MA. Titius pręco, ſeu nuncius communis Viterbien. proclama
uit, vel retulit ſe præconia voce proclamaſſe in palatio in ciuita
te Viterbien. ꝙ ſi quis habet, vel habere creditur ius aliquod in
bonis M. vel ea defendere vult, veniat vſq; ad talem diē coram
iudice tali. Similis quoque fiat proclamatio in contrata debito-
ris, & relatio eodem modo ſcribatur.
¶ Cęterum ſi aliquis ius habens in bonis, vel ea defendere vo
lens corā iudice, in pręfixo termino compareat: eius comparitio
hoc modo ſcribetur: FORMA. Anno, mēſe, & die talib. talis in
talis iudicis præſentia conſtitutus, dixit, & proteſtatus fuit, ſe ha-
bere ius in bonis M. ex cauſa debiti quinquaginta librarum: in q-
bus idem M. tenet̄ eidē: vel ex alia tali cauſa. Vel ſic: FORMA.
Anno, &c. vt s̃. uſq;, conſtitutus. iunge, talem ſibi petitionē por
rexit coram uobis, domine, &c. ponatur tota de verbo ad uer-
bum ꝙ ſi plurium plures ſint petitiones, per ordinem una poſt
aliam ſcribatur.
Si vero aliquis ſe offerat, volens bona defendere, eius cōpari
tio & oblatio ſic ſcribatur: FORMA. Anno, &c. talis, coram tali
iudice ꝯſtitutus dixit, & proteſtatus fuit, ꝙ bona M contra talē
& contra quemcunquē petitorem, & contradictorem vult de-
fendere, ne eis in ſolutum dentur, tali ratione. Et not. ꝙ vbi ſunt
plures petitores, nihil intereſt, an alij habeāt tenutam de bonis
debitoris, vel non, dummodo prius habebant, & ſi venerit aliqs,
dicens, ſe ius habere in bonis ipſis, utpote qa illa, bona ad ſe ſpe-
ctent, vel quod ea uelit defendere, ſcribetur eius narratio, & ius
qđ ſe dicit habere, quare illa defendere velit. Huiuſmodi ergo
proteſtatione ſcripta, defenſor ipſe ſatiſdabit, prout dicet̄ infra
de ſatiſda. §. expedita uer porro & poſtea petitores, ſeu actores
ꝯteſtabunt̄ litem, & iurabunt de calumnia cum ipſo defenſore,
& ꝓcedetur ut lite, prout infra dicet̄. Quod ſi nullus defenſor
appareat, conſtituetur curator ipſius bonis, vt j. eo. §. ver. cū au
tem ſicut diximus s̃. de cur. §. vt autem. verſi. item nota, ꝙ quan-
doque datur. Et qualiter petentur curatores, dic ut j. in trac. lib.
de ind. §. generalia. ver. itē bonis & ſeq. Qui curator bonis abſen
7 tis, & indefenſi perquiſitis, de illis † faciet inuentarium, ꝙ ſcribe-
tur in actis iudicis in hac forma: ¶ FORMA. Hoc eſt inuentariū
factum à P. curatore conſtituto bonis M. abſentis & indefenſi.
In primis quidem dixit ſe inueniſſe in dictis bonis unam domū
in tali contrata ſitam, intra tales confines: itē unam petiam ter-
ræ poſitam in tali loco: item vnum ſcrinium. De hac forma uide
infra de inſtit edi. §. dicto verſi. huius autem & ſeq. His peractis
curator bona illa defendet, & conteſtabitur litem, & iurabit de
b calumnia cum petitoribus,[b] & procedetur in lite cum curatore
vel defenſore, hoc modo: Producētur enim inſtrumenta & pro-
bationes hincinde, & iudex ſecrete eliget aliquos viros idoneos
qui ſciant bona debitoris: & hi ſacramento prius ab eis pręſtito
æſtimabunt fideliter illa, ſcilicet in inuētario ſcripta: quę ęſtima
tio ſingularum rerum iudici ſecrete dabitur, & in actis rediget̄
& poſtea bona ipſa vēdantur: vt infra verſi. emptore. parte, quę
abſens eſt, citata ad audiendum ſententiam peremptorie partib.
præſentibus, vel una præſente, altera abſente citata tamē ſentē-
c tia in ſcriptis[c] ſub hac forma proferetur. ¶ FORMA † Secundi
8 decreti, ſeu dationis in ſolutum: In Chriſti nomine, amen. Cum
nos talis iudex nuper ad inſtantiam H. primo ſecundo & tertio
perēptorie M. citari feciſſemus, vt coram nobis certo termino
compareret, eidem H. reſpōſurus, prout iuſtitia ſuaderet. idem
M. comparere per ſe, vel per procuratorem idoneum contuma
citer recuſauit: propter quod eūdem H. in poſſeſſionem talium
rerum ipſius M. cauſa cuſtodię inducendum decreuimus ꝓ mo
do debiti in eius petitione contenti, Verum eodē M. in ſua con
tumacia perdurante, idem H. coram nobis comparuit, & petitio-
nem huiuſmodi obtulit coram nobis: Coram vobis, &c. poſito
toto eius tenore: poſtea iungat ſic: Nos uero in quantum potui
mus per iuſtitiæ ſemitam incedentes, per talem præconē com-
munis in palatio ciuitatis Viterbij, & cōtrata eiuſdē M. publice
fecimus proclamari, ꝙ ſi quis haberet, uel ſe habere crederet ius
in bonis ipſius M. aut illa defendere uellet, vſq; ad talem diem
in no-

ADDITIONES.

a Actione. ¶ Miror de hoc dicto, ꝙ excuſari non patit̄ de litera corrupta re
miſsio ſequens, nec verba, quę ſequunt̄. Somnolentus ergo erat hic auctor
Vel dic. ꝙ loquitur de reali miſta, & inquantū ſapit naturam perſonalis: de
quib. j. §. videndum. & s̃. tit. j. §. ſequitur. uer. quid ſi forte.
b Petitoribus. ¶ Qui petierunt ſibi dari in ſolutum bona debitoris. Quęrit
autem Richar. Malum. ſi poſt proceſſum huius cauſæ veniat debitor para
tus ſatiſdare, & expenſas reſtituere, & petit ſibi de nouo libellum offerri:
dicens, curatoris proceſſum ſibi non pręiudicare: in contrarium dicitur:
quod cauſam recipere debet in eo ſtatu, in quo eſt: quid ſit iuris? Et ꝓpter
nouitatem ſolutionis breuiter totū colligam, quod allegat. Pro parte de-
bitoris allegat fauorem, quem iura dant defenſioni in vniuerſo, C. de pro
curato. exigendi. ff. eodem titul. ſeruum. §. publice. Iſte autem fauor reſpi-
cit omnem defenſionis partem, ff. de regu. iur. ſemper ſpecialia. & l. ſequen-
ti. Pars autem potiſsima defenſionis eſt, libelli oblatio, & receptio: quæ
etiam ſubſtantialis dicitur, de quo ſatis in clemen. de verbo. ſignificat. ſæ-
pe. in gloſ. datur. Per hoc ergo, ex quo debitori conceditur defenſio, ergo
& libelli oblatio. ¶ Secundo inducit contra proceſſum factum cum cura-
tore, quod ipſe non egit mādato debitoris, ſed legis: & ſic reſiſtit proceſſui
regula ff. de regul. iur. nemo alieno nomine agere poteſt. Ille igitur proceſ-
ſus nullus non impedit inchoandum. ¶ Tertio inducit, quod cauſa ceſſan-
te, vel remota ceſſat, vel remouetur effectus. Cum igitur à contumacia de-
bitoris proceſſerit datio curatoris, & illa ceſſet in ſatiſdare, ſatisfacere, &
obedire parato, ff. de re iudica. contumacia. ergo ceſſabit proceſſus inchoa
tus cum illo: facit ff. de regulis iuris. nihil tam. ¶ Quarto inducit ff. de no-
ui operis nunci. prætor. §. penult. vbi dicitur, ius quæſitum nunciatori ceſ-
ſare, ſi p eum poſtea ſteterit quominus ei ſatiſdetur: ergo & ceſſabit, &c.
ad idem. ff. iudic. ſolu. l. 3. §. penulti. vbi dicitur, ob rem non defenſam ſti-
pulationem non committi, quandiu poteſt exiſtere, qui defendat. Si hoc
eſt in eo, qui promiſerat: fortius in illo, qui non promiſit. Inducit ad idem
l. ſenatus. ff. de accuſ. vt ſcilicet iſte punitus onere ſatiſdationis & condem-
natione expenſarum, in plus non puniatur. Item eius fauore datus eſt cu-
rator: ergo, &c. l. quod fauore. ff. de legibus. Item quod per litis conteſtatio
nem non ſolet alicuius conditio fieri deterior, ff. de regu. iur. non ſolet. ſpe-
cialiter allegat C. de præſcript. 30. annorum. ſi quis emptionis. & authent.
& qui iurat. C. de bon. aucto. iudi. poſſ. & authentic qui ſemel. C. quomodo
& quando iudi. & decre. quoniam. §. in alijs. ut lite non conteſta. & ſpecia-
liter l. ſi pupillus. ff. de priuileg. cred. ¶ In contrarium inducit l. ſecundā. ff.
de curat. bon. dand. quæ expreſſe dicit, omnia acta, facta, vel geſta, rata fo-
re. ad idem l. penulti. eodem titulo. & l. vltima, in fine, de fideiuſſ. tutor. In-
ducit etiam materiam regulæ, factum legitime de reg. iur. libro ſexto. & l.
ſancimus. C. de adminiſtratione tuto. Item actus iudiciales non debent pē
dere, ff. de iu. non quemadmodum. cuius cōtrarium hic eſſet. Item de qua
re iudex cognouit, &c. ff. de iudic. de qua re. quod hic ceſſaret. Item iu-
dicium eluſorium fieret contra l. eodem titu. ſi prætor. Item acta tunc ſolū
circunducuntur, cum vtraque pars conſentit, ff. de re iudic. l. acta. Item cō
tumacia afficit damno litis, ut in prædi. l. contumacia. ergo non obtinebit
acta cum curatore reuocari: ſicut nec obtinebit per ſuam appellationē ge-
ſta reſcindi, C. quorum app. non reci. l. j. Soluit, ut dicit, pro vtraq; parte:
vt ſcilicet obtineat creditor per rationes allegatas pro eo. Debitor ēt ob-
tinebit iſta præcipuè ratione: quia proceſſus dationis in ſolutum, fit pp cō
tumaciam debitoris indefenſi: non ē defenſum per ſe, uel per alium. ff. ex
quib. cau. in poſſ. ea. l. hæc autem. §. j. in fi. & §. prætor ait. & §. fi. Sed debitor
hic defenſorem habebat curatorē datum bonis, qui litem ſuſcipere & mo
uere debebat, ſicut ipſe debitor: vt prædic. l. 2. de curato. bo. dan. Non po-
terat ergo pro eo tpe dici contumax: ut in prædict. l. hæc aūt. in fi. Ceſſabit
ergo proceſſus dationis in ſolutum: quia debitor ſuſcipiet cauſam in ſtatu
in quo erat: & excipiet contra creditorē de inepto modo agendi: quia de-
buit dari curatori libellus ſuper pſonali actione, non ſuper datione in ſo-
lutum: & ꝯ creditorem pronunciabitur propter ineptitudinē, & de nouo
ſuper principali actione offeretur libellus. Nec obſtat conteſtatio litis: qa
poſt eam bene opponitur talis exceptio, ff. de exce. & l. exceptiones. §. fi. &
ſi menſor fal. mod. dix. l. 1.
c In ſcriptis. ¶ Dicebat Iacobus in fine ſui tractatus differentiam hāc
primum & ſcđm decretum: quia ſecundum oportet fieri in ſcriptis
non. ¶ Adde tu ad hunc verſiculum, inquantum tractat de cura
dan. &c. ꝙ abſente debitore, ſi debitū eſt liquidū qualiter ſit ſa
tisfaciendū. & qualiter hic curator bonis datur, & an ſit da
in l. curator. ff. de cur. fur. dand. & ad id quod ibi dixi, debi
hunc j. eo. §. ver. vltimo nota.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in noſtra præſentia compareret. Verum nemine comparēte, P.
curatorem conſtituimus ipſius bonis, qui de bonis inuentis inuē
tarium fecit & ea per uiros expertos & iuratos fecimus fideliter
æſtimari, & æſtimationem rerum in actis redigi. Lite igitur inter
præfatum H. & ipſum P. curatorem legitimè conteſtata, præſti-
toque à partibus calumniæ ſacramento, quo dictus H. aſſeruit ſe
rationabiliter credere, petere, & in nullo eorum, quę in eius peti
tione continentur, ſibi ſatisfactum eſſe, concluſoque in dicto ne
gotio, viſis inſtrumentis, & auditis, ac intellectis rõibus, & allega
tionibus partium earūdem, deliberatione nobiſcum, & cum pe
ritis ſuper his præhabita diligenti, Chriſti nomine inuocato, par
tibus præſentib decernimus, pronunciamus, & iudicamus, in ſo
lutum dandum, ſeu dari debere eidem H. & ſibi damus & aſſigna
mus per hoc ſecūdum decretum, in ſolutum talem domum pro
tanta ſumma: ſicut fuit à præfatis æſtimatoribus ęſtimata, ſcilicet
p 20. & talem vineā pro tanta ſumma, ſicut à præfatis fuit æſti
matoribus æſtimata, ſcilicet pro c. & talem hortum pro tanta
ſumma, quanta fuit æſtimatus, ſ. pro decem ſol. nomine expen-
ſarum taxatione à nobis facta, & iuramento pręmiſſo: quæ qui-
dem res ſibi per primum decretum fuerāt aſſignatæ. Hæc forma
vtilis eſt quamuis non ubique ſeruetur: & probatur extra, de eo
qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. c. j.
9 †¶ Si autem plures creditores ſimul concurrant in petitione hu
ius ſecundi decreti, narrabitur qualiter ipſi miſſi fuerunt in poſ-
ſeſſionem ex primo decreto propter ei contumaciam, ut iam di
ctum eſt: & qualiter quilibet eorum ſuam obtulit petitionē, &
quęlibet earū in libello inſeratur: poſtea incipias ſic: ¶ FORMA.
Nos Vero quantum, &c. vt ſ̃. vſque, inter pręfatum. vbi dic, prę
fatos, &c. verba ſequentia ſingularis numeri reſolue in pluralē
decenter: & ſic proſequere vſque, partibus præſentibus. & poſt-
ea iunge, quia dictū H. inter creditores ipſius M. inuenimus pri-
orem tempore: & ideo iure potiorem: primo loco decernimus,
pronunciamus, & c. vt ſ̃. uſque in fin. poſtea ſubiunge: & quia ſe
cundo loco poſt dictum H. inuenimus N. aliis creditoribus eiuſ-
10 dem M. potiorem, decernimus & pronunciamus, &c. vt ſ̃. †¶ Si
autem nō ſint tot bona, quæ ſufficiant creditori poſteriori, poſt
præmiſſa ſic dices: prædicto vero Sempronio, quia nihil aliud in
bonis dicti Antonij potuit reperiri, ꝙ ei poſſit adiudicari in ſo-
lutum, eidem cōtra eundem M. & eius bona, & bonorum poſſeſ
ſores, & etiam contra eius futura bona, ſi quādo eum ad pingui
orem fortunam peruenire contigerit, integra iura reſeruo. Lata
fuit hæc ſententia, &c. ¶ Præmiſſa probātur C. qui po. in pigno.
11 ſpo. olim. 2. & j̃. verſi. illud autem. †¶ Sed pone, quod unus tan-
tum ex pluribus creditoribus egit contra debitorem, & tenutā
de bonis ſuis habuit, & demum ex ſecundo decreto illa in ſolutū
recepit: poſtmodum veniens alius creditor nihil inuenit de bo-
nis debitoris: nunquid, ſi ſit potior, poterit ad data in ſolutū ha-
a bere recurſum[a]? Videtur, quod ſic: ut ff. de nox. actio. electio. §. ſi
abſente. ibi enim ſecundū decretum interpoſitum erat, ut patet
ibi, vt in integ, reſt. &c. & in fi. dū dicit dominij acquiſitione, &c.
Tamē dicit creditorem audiendum. Non enim poteſt ibi de pri
mo decreto loqui: quia tunc ſine reſtitutione audiretur de iure
communi: ut ext. vt lite non conteſt. quoniam. §. in alijs. & ſic re-
12 ſtitutio ceſſaret: ut ff. de mi. in cauſæ. 2. † Et quia per primum de
cretum dominium non acquiritur, de quo ibi dicitur, ſed ſola cu
ſtodia, ut in præd. §. in alijs. ff. de acquir. poſ. l. 3. § pe. ¶ Sed dic ꝙ
aut creditores fuerunt admoniti, uel erant præſentes & ſcientes
ut tunc non audiantur quanquam potiores: quia iura ſua remi-
ſiſſe videtur, ut C. de remiſ. pig. ſi eo tempore. & l. ſi hipothecas.
& extra de re iud. quamuis. Aut non fuerunt moniti, nec præſen
tes, nec ſcientes, vt tunc audiantur poſt ſecundum decretum: ut
ſupra. nam licet præ. l. electio. in cauſa noxali loquatur, eadem ta
men ratio eſt in alijs. Vñ idem ius eſſe debet, extr. de conſti. trāſ-
lato. ff. ad l. Aquil. illud. & facit ff. de nox. act. in noxalibus. & l. ſi
noxale. vbi p̄ſentia à iure ſuo remouet creditorem. Item facit C.
de iure do. impe. l. fin §. & poſtquam. vbi etiam ipſe debitor poſt
ſecundū decretū audiri videtur. ff. de pęnis, diui. in prin. & ff. qui
mo. pig. vel hypo. ſol ſicut. §. non videtur. & quod no. C. qui po.
13 in pig. ha. cum tibi. †¶ Sane licet præſcripta forma ſecūdi decre
ti in perſonali bona ſit, iudices tamē pro maiori parte facilius ſe
expedire cōſueuerunt. Præmiſſa enim decreti narratione dicūt
ſic. FORMA. Ab iſto die in antea aſſigno tibi res illas, quas tenes
ex ſecundo decreto, in ſolutum: uel tibi concedo ex ſecundo de
creto, quod res illas poſſis vendere, vel diſtrahere: vel concedo
tibi, quod in bonis omnib. in quorum poſſeſſionem es inductus
authoritate noſtra de cętero veram habeas poſſeſſionē. hęc be-
ne probantur ext. de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. c. j. de hoc
prox. §. ſequitur. ver. porro ſi agatur. Inn. Papa IIII. vero
ꝙ ſic debet dicere iudex in decreto, Conſtituo, uel de
Iubeo te eſſe verum poſſeſſorem talis rei. Et licet iſte
nō poſſideat, tamen iura poſſeſſoris habet. nam facit
fructus ipſius poſſeſſionis ſuos, vt ſ̃. §. reſtat. ver. hoc autem. & p̄
c ſcribit, acſi poſſideat, ut ſ̃. c.[c] §. fi. Vel ſic: Iubeo tali ꝯtumaci, vel
cōdemno ipſum ut tibi tradat poſſeſſionem talis rei: & ſi tali ſen
tentiæ nō obtemperauerit, manu militari res ab eo auferatur: ut
in eo §. ver. & no. ꝙ ſi miſſus. & hoc ſatis cū præmiſſis cōcordat
¶ Et no. quod poſt huiuſmodi ſententiam ſeu decretum, iudex
præcipiat dari actori corporalem poſſeſſionem: quod præceptū
in actis ſub hac forma rediget: ¶ FORMA, Talis iudex præcipit
Titio nuncio, ſeu curſori talis curiæ, ut inducat H. in corporalē
poſſeſſionem talis domus ſibi ab eodem iudice datæ & adiuca-
tę in ſolutum ex ſecundo decreto.
¶ Sed & de datione poſſeſſionis, quā facit nuncius, fiet inſtrumē
tū publicū ſub hac forma: FORMA. Titius nuncius cõis Viter-
bij, de mandato, ſeu præcepto talis iudicis, induxit H. in corpora
lem poſſeſſionem talis domus poſitæ in tali loco, infrà tales con
fines ſibi datæ & adiucatæ in ſolutum ex ſecundo decreto, per
ſentētiam ab eodem iudice latam, manu talis notarij ſcriptam.
¶ Verum ſecūdum eos, qui dicunt in reali neceſſarium eſſe ſecū-
dum decretū, ſic poterit formari: præmiſſa enim iuxta prædicta
narratione decenti, concludet iudex ſic: ¶ FORMA. Vnde ex ſe
cundo decreto te verum conſtituo rerum prædictarum poſſeſſo
rem: vel concedo tibi, &c. vt ſ̃. ver. ſane. vel pronuncio te veram
poſſeſſionem huius rei habere, in cuius fuiſti poſſeſſionem cauſa
d cuſtodiæ miſſus[d]: ut probatur ext. de eo, qui mit. in poſſeſ. cauſa
14 rei ſer. c. j. vel dic, ut iam dictum eſt †¶ De præcepto autem in ꝯ
feſſum facto, qualiter fiet & de eius executione, vide j̃. de ſenten
tia, §. ut autem. ver nunc dicamus. ¶ Illud autem circa ſecūdi de-
e creti interpoſitionem in perſonali actione notandum eſt[e]. nam
tunc iudex primo præcipiet bona vēdi, ſi debitor latitet. dicitur
autem latitare debitor quando turpiter & fraudulenter ſe occul
f tat, ut euitet curſum creditorum[f], C. de bo. aucto. iudic. poſ cum
proponas. & l. pro debitore. & illi creditores tantum poſſunt vē
ditionē fieri impetrare quos debitor voluit defraudare. vt ff. qb.
ex cau. in poſ ea. Fulcinius. §. quid ſit. & §. vtrum. Si autem voca-
tus non latitat, ut creditores fraudet, nec contumax eſt, ſed abeſt
ex quacunque probabili cauſa, uel non probabili, neceſſaria, vel
voluntaria, creditores mittentur in poſſeſſionem bonorum: nō
tamen bona vendentur: ut ff. ex quib. cau. ma in integ. reſt. item
ait. §. hoc autem. Nam ſi quis uendit bona tanquam latitantis, cū
non latitat, nulla eſt vēditio: & reuocabitur, uel ipſo iure, uel p
beneficiū reſtitutionis in integrū. ff. de dam inf. ſi finita. §. ſi forte
g & in præ. l. Fulcinius. §. ſi quis poſſederit. Raro[g] ergo fiet vēditio
niſi reus latitet fraudulenter, ut in præ. §. hoc autem. & in pręd. l.
Fulcinius. §. j. & 2. Raro ideo dixi, quia cōtra puberem, minorē,
& contra furioſum, & contra pupillum, ſi ex alieno facto conue
niantur, fit uenditio, ſi eis expediat, uel ſi debitum vrget, uel ſi di
latio eſt damnum creditori allatura: vt in præ. l. Fulcinius. §. adeo
& l. ſi minor.

## ADDITIONES.

a Recurſum. ¶ Albertus Galeo. extra volumen fortificabat quæſtionē, ſcili
cet quando in platea, & in vicinia, palam & publice fuit præconizatum: ꝙ
ſi aliquis in bonis illius ius haberet, vel illa defendere, uellet venire intra
certam diem, & nullus venit: & tamen etiam eo caſu dicit priorem credito
rem audiendum, ad reuocandum illud ſecundum decretum, ex quo perſo
naliter, uel ad domum non fuit citatus. miſſio enim contra vnum non præ
iudicat alteri, ff. ne uis fi. ei, qui in poſſ. l. j. Forma autem citationis à iure da
ta, ſeruanda eſt, ff. de dā. inf. l. 4. §. p̄tor. de qua uide de do. & cõt. cauſam. in
3. gl. & de eo, q mit. in poſ. c fi. à qua recedi nō licet, ff. manda. diligenter. &
l. ſi qs p eo. & pclamatio illa nō nocet: quia uox p̄conis paucis innoteſcit
C. quõ & quando iud. l. conſentaneum. & auth. qui ſemel. ff. de in integ. reſti.
l. diuus & ſic dicit tenuiſſe dominum ſuum, ſecundum hoc, quod in ſolut. j̃.
de admonitione dicitur. Itē leges perſonaliter, vel ad domum, & in alijs,
ſit etiam vera ſolutio. ¶ Adde, ꝙ quæſt. Alb. Gal. poteſt fortificari per ea,
quæ conſuluit Pet. de Anch. conſilij. 307. incip. efficax ratio, ꝙ ſi epiſcopus
faciat fieri proclama generale, quod ſi quis prętendit habere vſuras à tali
compareat intra tale tempus, alioquin nō audietur; quod nihilominus ab
ſens, uel impeditus elapſo etiam termino debebit audiri. Et ſi fuerit is in
ciuitate, tunc non poſſit agere contra vſurarium, ſed contra pauperes, ad
quos bona vſurarij peruenerunt non obſtante proclamate generali. Pro ꝯ-
ſtanti tamen non ponit, ꝙ proclama generale pręiudicet non comparenti
ad docendum de iure ſuo, licet fuiſſet in ciuitate, quin poſſit etiam con-
tra vſurarium agere, ex quo perſonaliter citari debebat, tanquam deſcri-
ptus in libro ipſius uſurarij.
b Dixit. ¶ De eo, qui mit. in poſ. c. j.
c Vt ſ̃. e. ¶ Scilicet de primo decreto.
d Miſſus. ¶ Nec debet abdere abdicationem proprietatis in reali: ſi tamen
hoc faceret, tenet adiudicatio in poſſeſſione, licet in proprietate non te-
neat, ut dixi de regul. iur. ea, quæ. libro ſexto. ſuper gloſſa.
e Notandum eſt. ¶ Secundum Iac. Bald. de ſecundo decreto, poſt princ.
f Creditorum. ¶ Canoniſta videat ſuffragium dec. conſultationibus. quam
ſtatim allegabo.
g Raro. ¶ Interponit ad uerba Iac. quæ ſcripſerunt Ian. & Hoſt. in decr. di-
lecto. de uerb. ſign. Sed ego illa poſui de officio deleg. ꝯſultationib. ſu p 2.
gl. vbi ad literam vide totum, ꝙ ſequitur uſq; ad verſ. ſed qualiter.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& l ſi minor. & l. apud. Iulianum. reſp. j. & l. in poſ. reſponſ j. ff. de
bo. aucto. iud. poſ. ſi vero ex reſpon. j. & tamen iſtæ perſonæ lati
a tare non poſſunt [a] Imo etiam plus videtur ex præd. l. ſecundum
b Inno. IIII. licet multi contradicant, quod etiam in alijs perſo-
nis a prædictis. vbicunque iuſta cauſa mouerit iudicem, fiet ven
ditio. ſi enim fit ꝯ has pſonas nō latitantes, q̄ fauorabiliores ſunt
quare multo magis nō fiet contra alius? Et ſi dicis, quod contra
prędictas fiet ex iuſta cā, quia ſcilicet latitare finguntur, propter
tutores & curatores eorũ latitantes: certè hoc verũ nō eſt, vt pa
tet in còncord. quæ ſunt ſ͂ ti prox. §. fi. ver. ſed nunqd. Imo lex di
cit expreſſe, quod etiam ſi nullus latitet tamen contra prędictas
perſonas fit vēditio, vt in præd § adeo. ¶ Item ſi miſſio & vendi-
tio fiunt in reali, vbi fit ſolũ miſſio in re petita, vt ſ͂. §. reſtat. ver.
& ſcias. quare non fiet etiam in perſonali? Sed dices, quomodo
tam grauis pęna infligetur abſenti non contumaci abſque ordi-
ne iudiciario? Reſpond. hoc fit propter malitiā latitātis: fit etiā
contra alios, propter multa mala, quæ venire poſſent, niſi hec fie
rent: licet rariſſime fieri debeant, niſi contra latitātes, vt ſupra.
& tunc etiam adinuentum eſt remedium competens. quia ſi fac-
ta ſit venditio, debito non exiſtente, agitur actione præiudiciali
in rem ad recuperandā rem venditā: ſed certe indecēs eſſet, poſt
quam res vendita eſt per iudicem, inquirere, an ſubfuerit debitũ
propter quod vēdita eſt. Vnde dic, ꝙ reuocari poterit, ſi ille cau
ſæ, propter quas facta eſt, nō ſubſint: ut quia non ſubſit vtili ille,
cui vendita eſt, vel debitor nō erat grauatus debitis, vel non erat
damnoſum creditoribus, vel quia iudex nimium feſtinauit. ff de
dam. inf. ſi finita. §. ſi forte. & ſic loquitur l ff. de priuil. cre. Impe
15 ratores. vel quia non latitabant, vt ſ͂. Imo etiā plus videtur: † qa
cum hæc ſententia de vendendis rebus debitoris, ſit ſolum inter
locutoria: & quia tunc ſummatim tātum cognoſcitur, C. de bo.
aucto. iud. poſſi. l. fi. §. ſi autem. & ſ͂. in princip. huius §. ſi poſtea iu
dex cognoſcit, ꝙ non ſit debitum, ipſe idem vēditionem & poſ
ſeſſionem huiuſmodi reuocabit, & etiam ſolutionem debitori
factā: arg. ff. de re. eo. qui ſub tut. & cur. ſunt, l magis. §. ſi æs. ſ͂. de
tranſ. cũ hi. §. ſi prætor. quia quod iuſſit, vertuituè prætor, & c. ff.
de re iudic. quod iuſſit. extr. de accuſat. qualiter. j. licet ſit arg. cō-
c tra ext. de cleric. coniug. diuerſis fallacijs in fin. [c] Is etiam contra
quem lata eſt, poterit ſecundum Inno. IIII. appellare. cum in veri
16 tare non latitauerit, C. quom. & quando iud. l. j. † ¶ Item ſcias ꝙ
miſſio in poſſeſſionem & venditio locum habent cōtra eccleſi
am: ſicut & contra pupillum. Intra quod tempus facienda eſt vē
ditio, vel miſſio in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, dicā infrà
17 § proxi. † ¶ Sed qualiter fiat hæc venditio in perſonalibus? Re-
ſpō. hoc iudicis officio expeditur ſine libello: & ſeruabitur forte
talis modus, qualis in venditione prædij tributarij. Præco enim
clamabit publice per ciuitatem ſic: Talis debet Titio decem: vn-
de bona illius pro rata illorum decem vendi debēt: qui uult eme
re, emat: & forte ſubhaſtabit̃, vt C. lib. 10. de fi. inſtr. & iure haſtæ
fiſcal. per totum: de reſcin. ven. ſi quis. C. ſi propter pub. penſitat
18 & uide ſ͂. de cita. § ſequitur. ver. ſi uero. & j̃. §. prox. † ¶ Cum [d] au
d tem bona debitoris ſunt vendenda, vel creditori aſſignanda, cu
rator voluntarius, nō neceſſarius, debet bonis iudicis auctorita-
te dari: & conſenſu maioris partis creditorũ, qui aget & conueni
tur nec cogetur ſatiſdare, ſi litiget per ſe: ſed ſi per procuratorē
tunc ſic, ff. de cur. bo. dan l. 2 § j. & § item quæritur. Inſtit. de ſatiſ-
da. §. ſi vero. extrà de offi. deleg. coram. ipſe etiam vendet bona,
19 vt ff. de cur. bo. dan l. penu † ¶ Emptore autem non inuento de
re diu ſubhaſtata, vt ſ͂. verſi. ſed qualiter iudex per ſecundum de
cretum dabit illam rem, ſeu bona debitoris in ſolutũ actori, vel
pro debito ſibi adiudicabit, vt præmiſſum eſt. de re iudic. à diuo.
§. ſi. pignora. C. de executio. rei iud. ordo. x. q 2. hoc ius. Nō dico
quod iudex aſſignet per ſecundum decretum eorum dominiũ
e ſicut quidam ſcripſerunt [e]. quod falſum eſt, vt C. ſi pig in cau. iu
dic. l. vlt. ſed etiam iura cuiuſlibet emptoris actor emere poteſt,
f vt C. ſi pig. in cau. iudi. l 2. [f] Et licet prædicta iura loquant̃ in exe
cutione diffinitiua, idem eſt de interlocutoria, quo ad hoc, ff de
priuile. cre. pater. §. pen ff. ex quib. cau. in poſ. ea. apud Iulianum.
in princi. & l Fulcinius. §. j. C. de his, qui ad eccl confug. præſenti
20 § cum autem. ff. de bon. auto. iudic. poſſi. cum proponas. † ¶ Sed
quæ eſt differentia, vtrum vēdatur res, vel in ſolutum detur, vel
alienet̃ ex hoc ſecundo decreto, uel per interlocutoriam ſenten
g tiam, vel diffinitiuam, cum eā iudex mādat executioni? Reſpō. [g]
hæc eſt differentia, ſecundum quoſdam: quia poſt factam vendi
tionem ex ſentētia diffinitiua nunquā reus auditur, vt C. de iud.
properandum. § ſin autem reus. 11. q. 2. quicunque. & ſ͂. ti pX. §.
ſequitur uerſ. porro. ſed poſt dationem in ſolutum actori facta
ad iudicatione, adhuc audietur reus uolens de iure ſuo probare:
ſecus: ſi alienata eſſent bona rei, ſeu debitoris, non in actorē, ſed
in extraneum: ut arg. C. de iure do. impe. l. fin. § ſin autem. Si uero
non fuerit res creditori data, uel adiudicata, uel uēdita, ut dictũ
eſt, debitor poſſet recuperare rē ſuam in actione perſonali uſq;
ad 30. annos, ſolutis impenſis actori. Et eſt ratio: quia creditor
nō poſſidet ex primo decreto, ut ſ͂. §. iam de effectu. ver. ſed nũ-
quid iſte miſſus nec etiam in reali, ſecundum quoſdā, ut in eo. §.
21 prope princip. † ¶ Vltimo nota ad hoc, ut miſſus in poſſeſſionē
petere poſſit venditionē, quatuor neceſſaria fore. Primũ, ꝙ miſ
ſionē paſſus latitet. Secundũ, ꝙ fraudandi cauſa latitet, ut in pd.
l. Fulcinius. §. cũ hoc edictũ. & ſ͂. uer. illud. Tertiũ, ꝙ de debito p
ſtet. Quartũ, ꝙ tēpus ſit præteritũ: ut C. de bon. auto. iud. poſſ. cũ
ꝓponas Et ſi ꝙ horũ defuerit, facta uenditio nō tenebit, arg. in
pręd. § cũ hoc edictũ. & arg. ff. de tranſact. cũ hi. §. ſi prętor. ff. de
itin. actuque priua. l. vñ etiā. §. ulti. C. de teſta. ſi unus. arg ꝯ C de
h iure deli. potuit. ff. de uen in poſſ. mit. l. 2. [h] † ¶ Sed pone me ab-
ſente aduerſarius meus ꝓbauit debitũ, non tñ ꝓpoſuit exceptio
nē mihi cōpetentem: puta pacti, uel ſimilem: & ſic iudex pronũ
ciauit uenditionem faciendam: ego uero rediens uolo probare
exceptionem: nunquid retractabitur uēditio? Dicit Alber. ꝙ nō
i poſſum tamen repetere pretium ex re uendita habitum [i].

ADDITIONES.

a Poſſunt. ¶ De furioſo & pupillo ꝓceditur. de minore adulto dubitatur. ta
men gl. in l. ſi minor. videtur hoc tenere, ff. de bo. au. in poſſ.
b Multi. ¶ Vt ipſe dicit.
c In fin. ¶ Ibi ſoluitur in gl. arg. quod.
d Cum. ¶ Reaſſumit uerba Iac.
e Scripſerunt. ¶ Dicit Iac. quidam ignorans ſcripſerit.
f L. 2. ¶ Sic poſuit Iac. & ſic leges allegatæ bene conueniunt.
g Reſpon. ¶ Secundum Iac. cuius eſt iſte verſi. fi. & incipit, ſed quæri ſolet.
h L. 2. ¶ §. quoties. ſed diuerſi ſunt caſus.
i Habitum. ¶ Vide, quod dixi poſt Inno. de dila. capit. 2. in magna glo. ver.
uel dic melius.

SVMMARIVM.

1 *Venditio bonorum, uel datio in ſolutum, vel adiudicatio, an fieri poſſit ante litem conteſtatam.*
2 *Venditio poſt quod tempus poſt miſſionem in poſſeſſionem ſit facienda, uel poſt ꝙ tempus interponetur ſecundum decretũ de re dāda in ſolutũ.*
3 *Reo poſt miſſionem primam in poſſeſſionem veniente & reſponſuro ante venditionem, ſiue dationem in ſolutum, an & quo pacto ſit poſſeſſio reſtituenda, & num. ſeq.*
5 *Debitor veniens poſt venditionem rerum ſuarum, uel poſt dationem in ſolutum, & creditori referens quæſtionem de ipſo debito, an & quo caſu ſit audiendus.*
6 *Debitore petente reſtitutionem in integrum, ubi eo abſente ſunt eius bona vendita, &c. & pronunciatum eſt eum reſtitueneum, an ipſa bona euincet ab emptore.*
7 *Emptori poſſidenti non debet alterius factum nocere.*
8 *Pauper exoneratur à lege, & ſatiſdatione: nec uidetur in contumacia ſatiſdandi, cum hoc facere non poſſit.*
9 *Secundum decretum debet ſine dilatione contra contumacem interponi.*
*In certis non eſt locus coniecturis.*
10 *Secundum decretum propter rei contumaciam quandoque ante litis conteſtationem, quandoque poſt, interponi poteſt.*

¶ Secundum decretum quomodo, & intra quod tempus ſit interponendum.

3. §. Iuxta propoſitionis ordinem uidere ſequitur quādo
& intra quod tempus ſecundum decretũ ſit in
terponendum: & certe, quando apparet contumacia reſponde
1 re uel cauere nolentis, ut ff. de dam. infe. dies. §. ſi forte. † ¶ Sed q̄-
ritur, an uenditio bonorũ, uel datio in ſolutum, ſeu adiudicatio,
de quibus ſ͂. § prox. ad fi. dictum eſt fieri poſſint ante litem cōte
ſtatam, uel aliquis ad hoc condemnari? Et uidetur, ꝙ nō: nam
ante litis conteſtationem non fertur diffinitiua regulariter: ext
a de elect. dudum. § Sed dic [a], quod ex interlocutoria ante litis cō
teſtationem fit talis uenditio, ut C. de his qui ad eccl. cōfug. præ-
ſenti, §. ſed ſi hoc. ff. de bo. auto. iud. poſſ. ſi minor. ff. de priuil. cre.
pater.

ADDITIONES.

a Seddic. ¶ Secundum Iac. cuius fuit ad literam iſte uer. dicit tamen, ꝙ ſic tenebat Azo. Dicebat Dy. ſecundum dicentes, quod ſecundum decretũ ſit diffinitiua, neceſſariũ eſſet reſpondere, ꝙ nō poſſet, C. de temp. appel. l. fi. §. illud. Ipſe autē dicit ſm decretũ eſſe interlocutoriā: ut dicit hic auctor, & patet ꝑ iura j̃. allegata, ꝙ ante litem conteſtatā interponitur. Ipſe autem allegat l. præſenti. hic alleg. & C. de bon. auto. iudic. poſſ. cum proponas, in fi. Patet etiam ex eo, quia tenet cōtra minorem indefenſum, ff. de dam. inf. l. ſi finita. §. ſi forte. ff. de bo. auto. iudi. poſ. l. ſi minor. ſed ſi eſſet diffinitiua, non teneret, ff. de re iudi. acta. §. ult. & C. ſi aduer. rem iud. l. vlti. Concluditur ergo, ꝙ ante litis conteſtationem interponi poteſt, ut in prædictis legibus, præſenti. & cum proponas.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pater.ibi,quēadmodū,&c.& ff.ex quib.cauſis in poſſeſ.ea.apud
Iulianum.j.§ proxim.ver. in omnibus tamen. nam & hoc ſecun
dum decretum ante litem cōteſtatam,& poſt interponitur,&c.
3 †¶Sequitur videre,poſt quod tempus poſt miſſionem in poſſeſ
ſionem interponetur ſecundum decretum de re dāda in ſolutū
ſiue veditio fiet?Et dicunt quidam , quod poſt decem dies à die
prolationis primi decreti numerādos,ff.de conſti.pec.l.promiſ-
ſor Stichi.§.j.Alij dicūt,quod poſt tempus,quod datur condem
natis ad ſoluēdum:quod eſt hodie aliud,quam olim.ff. de iud.ſi
debitori.ff.de re iud.ſi debitori.C.de uſur.rei iud.l.2.ext.de offi.
deleg.querenti.& de re indic.quod ad cōſultationem.Tertij di
a cunt,ꝙ anno elapſo à tempore primi decreti:quod puto[a], quia
& hoc tempus ſtatutum eſt ad recuperādum poſſeſſionem in re
ali,C.de iur.do.imp.l.fi.C.de præſcri. 30. vel 40.annor. ſi qs em-
ptionis §.fi.extr.de eo;qui mit.in poſſeſ.cauſa rei ſer. c. penul. &
per totum,extr.de officio ordin.paſtoralis.in fi extra, ut lite nō
conteſt.quoniam frequenter.in fi.& §.in alijs.in fi.Quarti dicūt
quod poſt bienniū,ad exemplum cōuentionalis pignoris, vt C.
de iure do.imp.l.fi.2.q.6.ei,qui.& in præ.l.ſi debitori.ff. locati q̄.
10.Quinti dicunt,quod poſt trienniū, ut C.de iure emphyt. l. 2.
Sexti dicunt,quod poſt quinquēnium,ut in præ.l.ſi quis emptio
nis.Septimi dicunt , hoc tempus iudicis arbitrio eſſe ſtatuendū,
b ff.de dā.infec.ſi finita.§ non autē[b].ff.de acquir.poſſeſ.poſſideri
§.fina.cum non ſit lege diffinitū, ff.de iure delib.l.j.ad fi.de pœn.
diſt.i.menſurā.& l.ſolicitatores.ext.de deci.c.j.extr.de offi.dele.
de cauſis.ut no.C.de bon.auto.ind.poſſ.cum proponas[c]. & arbi
trabitur,ut ipſum interponat, poſtquam diu in cōtumacia perſe
uerauerit,ff.de acquir.poſ.poſſideri.§.ſi Roſ.vero,cui non pla-
d cent prędicta tempora [d],dicit,quod arbitrabitur ſecūdum per-
ſonarum qualitatem,& quātitatem petitam,ff de re iud.l.j.ff.de
iud.nōnunquam.Lex autē dat aliquod ſpatium , ſed nō diffinit
e vt ff.de dam.infe.ſi finita. §. non autem [e]. quod magis intellectu
quam elocutione exprimi poteſt,ff.de ſol.ratum,extr.de donat.
ad apoſtolicæ.prope fi.ff.rem rat.hab.l.j verum in re pupilli ſpe
ctatur tempus pubertatis, intra quod non poteſt peti vēditio re
rum ipſius:ſicut dicitur in abſente rei publicæ cauſa,vt s̄. § ,pxi.
in princi.ff.ex quib cau.in poſ.ea l.3.Inno. Papa IIII. no. ext. de
f verbo.ſig.dilecto [f].quod poſtquam actor miſſus eſt in poſſeſſio
nem cauſa rei ſeruandę.debet iudex expectare per annum ante
quam fiat venditio,uel miſſio in poſſeſſionem ex ſecundo decre
to,vt in præd.l.ſi qs emptionis.§.fi & in præ.§. in alijs. Nec obſt.
C.in quib.cau.nō eſt nec.in integ.reſt.quia loquitur in his, quæ
fiūt.extra iudicium:ſecus autem eſt in his,q̄ fiunt in iudicio.C.de
euic.properandū. in fin.ergo,ſecundū præmiſſa,poteſt ſecundū
decretum interponi poſt annum pro uēditione facienda. Sed ſi
iudex nolit in tātum grauare abſentem,poteſt decernere,quod
miſſus tantum poſſideat,& fructus ſuos faciat , donec reus pro-
bauerit indebitum illud,cuius cauſa facta eſt miſſio in poſſeſſio-
nem vel ſi velit minus grauare,quia forte minus liquet ei de de-
bito,reſeruet miſſo in poſſeſſionem onus probandi debitū.Nā
ſi poteſt facere quod plus eſt,ſcilicet finalem venditionem:po
teſt,& id,quod minus eſt,ſcilicet facere prædictas ,puiſiones, ff.
de reg iur.non debet.4.q.1.miramur.de conſec.diſt. 2. re vera 9.
q.2.nullus primas.Alij dicunt,tunc procedendum eſſe ad vendi
tionem,uel miſſionem in poſſeſſionem ex ſecūdo decreto,cum
paſſus miſſionem viſus eſt habuiſſe poſſeſſionem pro derelicta.
Alij etiam dixerunt,hoc iudicis arbitrio relinqui, vt s̄ verſi.ſep-
timo.Quando autem fiet venditio rerum pro pignore captarū
3 vide j̄.de execu.ſent.§.videndum.verſi.ſed quando.†¶Quid[g] ſi
g reus poſt miſſionem primam veniat reſponſurus, ante uenditio
nem,ſiue dationem,in ſolutum?Reſpond.reſtituenda eſt ei poſ-
ſeſſio, reſtitutis tamen primò aduerſario litis expenſis , & dam-
nis,quæ propter eius contumaciam pertulit, ſacramēto eius de
clarādis C.de iud ſancimus.C.qūo & quand.iu.auth.qui ſemel.
ff ſi ſerui.uend.is cuius.facta tamen prius per iudicem taxatione
in auth.de iud.§.oportet.Idem eſt,ſi ante pręmiſſa fideiuſſorem
de lite proſequēda p̄ſtiterit,ut C.de bo.aucto.iud.poſſi. auth &
qui iurat.ff.de priuil.cred.ſi pupillus § defendere.quæ ſatiſdatio
præſtatur propter contumaciam,vt ff.qui ſatiſda.cog.ſciē dum.
4 †¶Quid ſi actor fecit aliquas expenſas vtiles & neceſſarias? Re
ſpon.illas primò reſarciendas,& generaliter omnes ſine dolo fa
ctas,ff.de bō.auct.iud.poſ prætor ait §.quod ait.& § ipſi itaque
5 creditori.extr.vt lite nun conteſt.quoniam.§.in alijs.†¶Quid ſi
ille tedeat poſt venditionem factam,vel dationem in ſolutū, re
ferens quęſtionem de ipſo debito?Reſpondeo, ſi uelit petere in
integrum reſtitutionem,quia fuit abſens,& indefenſus omnino
uel ex alia iuſta cauſa,audietur:ut ff.de dam.inf.ſi finita §.ubi. &
§ poſtea.ſecus ſi fuit præſens vel abſens ex voluntaria cauſa, uel
abſens redierit,iudice adhuc pro tribunali ſedēte,ff.de in inte.
diuus.2.quæſtio.6.biduum.uerſicu.palam.†¶Quid ſi pro-
um eſt,eum reſtituendum,nunquid rem euincet ab em-
ſpon.ſic,ſi tamen creditor,pro quo venditio facta fuit
ſoluendo non ſit alias eſſet iſte ſolus primo cōueniendus ad pre
tium,ff.de minor.in cauſæ.§.interdū.& § fin.& l.planè. quæ om-
nia vera ſunt,ſolennitate per iudicē ſeruata :alias ſuo cōmuni iu
re rem ipſam à poſſidente libere vēdicaret,C.ſi propter pub. pē
7 ſi.l.2.C.unde ui,meminerint.†¶Quid ſi alius veniat dicens ſe do
minum,& rem ab ipſo debitore ſibi datam eſſe in ſolutū? Dicit
Bagarot.quod nō nocet emptori poſſidenti alterius factum, ff.
de contrahen emp.rem alienam.ff.de euic.ſi plus.§.& ſi iuſſu.&
hoc niſi creditor ille poſſederit decē,vel 40.annis:quia ſic re uſu
capta titulo pro ſoluto,excludetur iſte vt ff.pro ſolu.Sed an idē
eſt.ſi ipſe ſciuit eſſe alienū?Reſpon.utiq;,ſecundum Bag.argu.ff.
de nox.act.generaliter.in fi.ff.de relig.& ſump fu.& ſi quis.§ ſed
ſi addita.ff.de acq.poſ.iuſte.ff de reg.iur.q auctore. Tu dic, hoc
uerum eſſe in realibus actionibus: ſecus autem eſt in perſonalib.
ſimplicibus,ut hic.Vel dic uerius, illud uerū eſſe in noxali actio
ne,ſuper qua præiudicatur uero domino,quia & ipſe hac noxa-
li actione teneretur, ſi conſtaret eum dominum quod nō eſt in
h alijs perſonalibus actionibus, uel realibus [h]. † ¶Quid ſi pauper
8 eſt,quē lex exonerat à ſatiſdatione?ut ff.de col.bo l j.§ cum du-
obus.& ſic non uidetur in contumacia ſatiſdandum, cum hoc fa
cere non poſſit,ff de re iu.contumacia extra.de ſol Odoardus.&
de reſtit ſpol olim.2 nunquid hoc caſu interponetur ſecundum
i decretum?Dicit Roſ.ꝙ ſic [i].† ¶Quid ſi uocatus dicit,non ſatiſ-
9 dabo,& ita eſt uere contumax?Dic,non expectari aliud tempus
ad interponendum ſecundum decretum:cum in certis nō ſit lo
cus coniecturis,ff.de uerb oblig.continuus.& s̄.§.,px.in prin.&
s̄.de contumacia.§.j.¶Ex præmiſſis autem & ſequentibus patet
10 † quod hoc ſecundum decretum propter contumaciam rei in
terponitur quandoque ante litem conteſtatam,quādoque poſt
nam cum petij rem aliquam,quam dico ad me iure dominij ſpe
ctare,aut lis eſt conteſtata,uel quaſi conteſtata, uel nullo modo
conteſtata:item aut liquet de cauſa uel liquere poteſt,aut nō li
quet,nec liquere poteſt.Quæ dic,ut s̄.tit.prox.§.ſequitur. uerſi.
k ſi uero agitur.& ſeq.[k]

## ADDITIONES.

a Puto. ¶ Concor.Inno.de uerb.ſig.dilecto.vt ſequitur.& Hoſt.in Summa, vbi s̄.§.ſed quæro.

b Autem. ¶ Vbi hoc not.

c Proponas. ¶ Ibi,& vbi s̄. Accu.hanc tenet:& communiter ſeruatur in foro ciuili:& placet Dy.in 4.q.

d Tempora.¶ Quæ omnia poſuit de ſecundo decr.in prin.& cum eo concor dat Gui.de Suza.vbi s̄.

e Autem. ¶ Dicit ibi tex.ꝙ aliquod interuallum intercedere debet.

f Dilecto. ¶ Sed illud ſcripſi in decr.quoniam frequenter,in fi.& totum , ꝙ ſequitur vſq; ad uerſ.quando fuit eius:& quod ibi etiam vide:& ibi hodie per omnes ſcribentes,& pręſertim per nouiſsimos.

g Quid.¶ Iſte ver.qui fuit additio, ſatis potuit omittere per ver. ultimo no. s̄.in §.iam de effectu.ultra medium:idem dico de ſequenti. ¶ Adde ad uer. quid ſi ille redeat.ꝙ Bar.in d.l.ſi finita. §. Iulianus, tenet ,quod abſens ex cauſa voluntaria,intra biennium rediens,audiatur.Tamen ibi opi. Spec tenetur,tanquam communior & uerior.

h Realibus. ¶ Vide,quod dicam infra §. proxi. ſuper verſicul. ſed nunquid in actione.

i Sic ¶ De ſecundo decreto vltra princip.vbi etiam continuatur veſicul. ſequens.

K Seq. ¶ Quæ hic proſequitur Iac.Bal.

## SVMMARIVM.

1 *Minimum damnum timens,an tantum habere debeat ex ſecundo decreto,quantum qui timet maximum.*

2 *Secundum decretum an in ſtipulationibus uicem actionum obtinentibus ſit interponendum.*

3 *Secundum decretum an ſit interponendum , ubi mulier nomine uentris in poſſeſſionem mittitur.*

4 *In Carboniano edicto,cum uidelicet agitur,ut puero alimenta præſtentur non eſt opus ſecundo decreto.*

5 *In duplicibus iudicijs,ſi aduerſarius ad diuiſionem venire detrectat , an præſens poſſit mitti in poſſeſſionem.*

9 *Citato non ueniente in actione finium regundorum , quid & quomodo iudex diſponere debeat.*

7 *Officium iudicis in duplicibus iudicijs,& poſſeſſorijs interdictis , quod ſit.*

8 *Agens ad factum,petere factum,uel intereſſe præciſe cenſetur.*

9 *Lapſus anni in poſſeſſorijs interdictis an faciat aliquem poſſeſſorem.*

10 *Lapſus anni in perſonalibus interdictis an faciat aliquem poſſeſſorem.*

11 *Aſſerens ſe poſſidere,an poſſit petere ſe mitti in poſſeſſionem,ſi agitur de retinenda poſſeſsione.*

12 *Electus in rectorem alicuius loci,ſi litigat de ſua electione:an & quomodo mittendus ſit in poſſeſſionem illius iuris.*

*Ciuitati non expedit ſine rectore eſſe.*

13 *Secundum decretum an ſit in actione ex empto interponendum.*

14 *Secundum*

14 *Secundum decretum qualiter ſit in ſeruitutibus vrbanis, vel ruſticis interponendum.*
15 *Decretum qualiter ſit interponendum, ubi is, qui petitur in ſeruitutem, vocatus non uenit.*
*Seruitus parpetua an poßit ex anni curſu in perſona libera conſtitui.*
16 *Secundum decretum an locum habeat in omnibus actionibus perſonalib.*
17 *Secundum decretum an locum habeat in ſpiritualibus.*
18 *Reo abſente in perſonali actione conuento ſi non habeat niſi feudum, vel vſumfructum in rebus alienis, quæ ſubiacent reſtitutioni, quale decretum interponi debeat. & num. ſeq.*
20 *Lapſus anni an in perſonalibus actionibus faciat poſſeſſorem miſſum ſine ſecundo decreto.*
21 *Quod ſuum eſt, amplius ſuum fieri non poteſt.*
*Superfluum eſt petere quod de iure communi competit.*
22 *Secundum decretum qua ratione interponatur in perſonalibus, non in realibus actionibus.*
23 *Annus elapſus quare in realibus actionibus non transfert dominium, quaſi ſecundo decreto interpoſito.*

¶ Secundum decretum in quibus actionibus, vel rebus locum habeat.

4. §. Videndum reſtat, in quibus actionibus, & rebus locum habet ſecundum decre
tum. Et quidem regulariter in omnibus pſonalibus actionibus
locum habet, ut C. de iudi. properandum § ſin autem. & ff. de re
a iud. à diuo Pio. §. j. [a] ext. vt lite nõ conteſt. quoniam frequenter.
§. ſi nõ tamen vniformiter, ut dicam j̃ §. ult. Hoc tamen fallit, ut
dicam j̃. ver. quod autem. Item locũ habet in cauſa dãni infecti
in qua ſi quis nolit cauere, fit miſſio in poſſeſſionem bonorum
ex primo decreto: & ſi ſic in ↄtumacia pſeuerat, fit miſſio ex ſe-
cundo decreto. vt ff. de damn. infect. pretoris officio. & l. pretor
& l. ſi finita. §. Iulianus. §. pen. & ff. vt leg. no. ca. l. j. & ff. vt in poſſ.
leg. l. 2. & C. eod. certa. ff. de acqui. poſ. poſſideri. in fi. & ſi plures
ſint timentes, omnes mittẽtur, ut in præ. l. ſi finita. § cum autem.
quod ita pcedet. Poſtulata enim cautione damni infecti, & non
præſtita mittitur quis in poſſeſſionem: ꝙ ſi dicatur nõ caueri, ali
quo ſpatio prius intermiſſo pro arbitrio iudicis, ſequeť ſecundũ
decretum: quia iubet prætor miſſum amodo poſſidere in preiu
dicium non cauẽtis, illo prorſus à poſſeſſione excluſo: ut in pre.
1 concord. † Sed nunquid tantum habebit ex ſecundo decreto, q
minimum damnũ timet, quantum qui maximum? Reſpond. nõ
b imo pro rata damni, vt ff. codẽ. ex damni. §. 2. [b] quod dic, ut not.
in prædict. §. cum autem Item locum habet in noxali actione, vt
ff. de nox. act. electio. §. ſi abſente. & ff. ſi ex nox. cã ag. l. 2. §. fin. &
tũc miſſus ſtatim fit dominus rei ex ſecũdo decreto, ſi abſẽs erat
c dñs. Vel dic, ut not. j̃. e. §. vlti. [c] Quidam autem dixerunt [d], nun-
d quam interponi ſecũdum decretũ niſi in cauſa damni infecti tã-
tum, cum eo caſu ſolum, vt dicunt, cautum reperiatur. Si enim p̃
tor in alijs interponi uoluiſſet, hoc dixiſſet: arg. C. de cad. tol. l. v
nica, prope fin. & ext. de deci. ad audientiã. ꝙ nõ eſt verũ: imo in
omnib. preſonalib. locũ habet, ut dixi. Hęc eſt maior ratio in cã
e damni. infecti, quam in aliis [e]. & ideo quia nõ omnes articuli poſ
ſunt in iure comprehendi, vt ff. de leg. & ſena. conſ. non poſſunt
eſt de ſimilibus ad ſimilia procedendum, ff. eo. tit. & ideo. & ext.
de reſcript. inter cæteras. Præterea hoc expreſſum eſt in noxali
actione, ut ſupra. Cum tamen omnes noxales ſint perſonales, id
eſt, ex maleficio ſerui naſcuntur, vt ff. de noxal. action. l. j. & nul-
2 la eſt realis. † ¶ Sed nunquid in illis ſtipulationib. quæ uicem ob-
tinent actionum, de quibus fit mẽtio ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. l.
j. & s̃ §. reſtat videre. interponetur ſecundum decretum? Dicũt
f quidam [f], quod in cauſa damni infecti certũ eſt, quod ſic: vt s̃ &
etiam in cauſa legatorum interponitur ſecundũ diſtinctionem
& qualitatem actionis, qua petuntur: vt s̃. de act. ſeu petit. § ſeq-
tur. ver. illud vero. Si enim petatur perſonali actione ex teſtamẽ
to, tunc idẽ iuris eſt in ea, quod in alijs perſonalibus actionib. ſi
vero actione in rem, tunc ẽt procedatur, ut in actione reali: ſi hy
pothecharia, quaſi res ſit obligata, tũc idẽ, vt s̃. e. § ſequitur. ver.
quid ſi agatur. & ſeq. & s̃. tit. proximo, § ſequitur. verſi. ſed nun-
3 quid. vbi de hypothecaria dictum eſt. † ¶ Vtrum cum mulier in
poſſeſſionem nomine ventris mittitur, ſecũdum decretum nõ
interponitur: quia tũc non agitur vt dominium, uel poſſeſſio ac
quiratur, ſed ut mulier nomine ventris alatur: vnde tunc debet
dari bonis curator, qui eã alat: ut ff. de uent. in poſſ. mit. l. j. §. mu-
4 lier autem. uſque in fi. l. & l. habitatio. & l. curator. † ¶ Idem quo
que dicendũ in Carboniano edicto, cum videlicet agitur, ut pue
ro alimenta præſtentur, vſque dum de filiatione cognoſcatur:
quia tunc non agitur, niſi ut puer alatur. Quidam tamen dicunt,
hoc ſpeciale, vbi miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, ha
beat veram poſſeſſionem alimenti cauſa, ff. de Carbo. edi. l. 3. §.
miſſum autem. ſed forte ibi poſſeſſio ponitur pro detentatione.
Præmiſſa obtinẽt in actionibus merè realibus uel mere perſona
libus: nam licet multæ ſint actionum diuiſiones, quoad hoc, tñ
non eſt opus alia diuiſione, niſi his: 16. q. 3. §. poteſt. uerſic. neque
decennij. Nam quicunque agit, aut agit perſonali, aut reali: petẽ
do ſeruum, uel ſibi debitum: aut agitur pro reb. corporalibus, aut
incorporalibus, puta ſeruitutibus: ut Inſt. de action. in principio
5 §. 2. extrà de renũciat. cum inter P. † ¶ Sed in duplicibus iudicijs,
ſcilicet familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium re-
gundorum, ſi aduerſarius ad diuiſionem venire detrectat: nun-
quid præſens mittetur in poſſeſſionẽ? Dicunt quidam, quod ſic
pro ea parte, quam preſens iurauerit ſuam eſſe pro diuiſo, & nõ
pro indiuiſo: abſurdum enim eſſet, quod plus ei cõcedatur, quã
petat. vnde cum ſolum partem petat, non ſibi aſſignabitur tota
res pro indiuiſo, ſed ſolum pars: arg. ext. de accu. qualiter. 2. in fi.
Et ſi dicatur quomodo iudex diuidet terrã? Reſpõdeo, bene po-
teſt diuidere quibuſdam ex pluribus hæredibus præſentibus: ut
ff. famil. erciſc. l. 2. § dubitandum ext. de probat. ex literis. & hoc
quando conſtat iudici rem eſſe communem, nec cohæres diffite
g tur hoc [g]. Si uero diffiteretur, iudex non deberet per ſe diuidere
ce per hoc fiat præiudicium petitioni hæreditatis, quę in hoc ca
ſu locum habet, ff. fami. erciſ. l. j. & ff. de exce. fundi. ¶ Et nota, ꝙ
diuiſio facta cum non legitimo hęrede, non præiudicat, vt j. q. 4.
h § notandum. ad fi. Vel dic, ſecundum Vbertum [h], quod poteſt
ſuper hoc arbiter aſſumi, ff. famil. erciſ. arbitrium ff. communi di
uid. & ſi non omnes: qui iuratus faciet partes, & ſortem pro prę
ſente adijciet, & abſente, C. fi. regund. ſi quis. C. libr. x. quando &
quibus quar. pars. deb. l. 2. hoc ſaluo, ꝙ ſi abſens venerit intra tẽ-
pus à iudice ſtatutum, & uoluerit probare rem non eſſe commu
nem, uel non ex toto, vel aliud, audiatur refuſis expenſis, vt ff. de
dam. infec. à quo. Alij vero quorum ſententia magis frequenta-
i tur [i], dicunt quod actor debet mitti in poſſeſſionem totius rei ↄ-
munis pro indiuiſo: & miſſus medietatẽ fructus pcipiet in re ſua
alia vero vero medietas ſeruabiť arbitrio iudicantis: nõ. n. vide
tur, quod iudex poſſit diuidere in præiudicium abſentis, C. fam.
erciſ. cohæredibus. ſed hęc lex non loquitur in diuiſione per iu-
dicem facta, ſed quando quidam cohæredes inter ſe diuiſerunt.
Alia tamen ratione videtur, quod non debet iudex diuidere. Nã
per diuiſionem, uel adiudicationem, trãsfertur dominium. *Inſti.*
de offi. iud. in fi. & quia ſic ferret diffinitiuam ſententiam lite nõ
cõteſtata: quod fieri non debet, cum agitur ad rei diuiſionem fa
ciendã in communibus iudicijs, ff. de iudici. in his tribus. extra.
de probat. ex literis. Cum autem agitur pro perſonalibus præſta
tionibus, vt quia vnus impedit in re communi. uel quia unus per
cepit omnes fructus communes, idem iuris eſt, quod in ſimplici
k ter perſonalibus actionibus [k]. Nam iſtæ actiones, & aliæ miſtę, ſi
cut petitio hæreditatis, quantum ad hæc, perſonales dicuntur, ff.
famil. erciſ. item Labeo ſcribit, ſi unus. §. fami. erciſ. & l. inter co-
6 hæredes §. ſi coheredes. & l. ſi famil. erciſcu. † ¶ In actione autem
finium regundorum, uidetur, quod ſi citatus non venerit iudex
prius cauſa ſummatim examinata, debet mittere agrimenſores
ad fines diſtinguendos, uel ipſe debet perſonaliter ire, & loca o-
culis ſuis ſubijcere, & fines diuidere. ff. fi. regundo. ſi irruptione.
C. eo. ſi conſt terit. extr. de præſcrip. quia iudicante Vber. autem
l de Bobio dixit [l], quod in huiſmodi diuiſoriis iudicijs, ſi reus non
veniat, poſtulabit actor p mẽſura debiti declarati, id eſt intereſ-
ſe ſui

ADDITIONES.

a §. j ¶ Idem Dy. vbi s̃. addens l. præſenti. C. de his, qui ad eccle. confug. §. j.
b §. 2. ¶ Per quam l. gl. ſtatim alleg. hoc tenet ex eo, quod miſſio habetur loco cautionis, & ex cautione ageretur pro rata, ut ibi.
c §. ulti. ¶ Ibi eſt dictum Iac. Bal.
d Dixerunt. ¶ Vt refert, Roff. in prin. huius tractatus: de hoc etiam eſt glo. j. l. iubere. ff. de iuriſd. om. iudi. Alia opinio adiungit cãm noxalẽ: & hãc recitat glo. ff. de dam. infect. ſi finita. §. ſi plures. circa medium glo. & hoc placuit Simo. Vinc. vbi s̃. eadem glo. narrat, ꝙ in omnibus, perætetquam in cauſa legatorum, per l. is cui. ff. ut in poſſ. leg. & tamen aliter ibi no. ſcilicet quod locum habet etiam in legato, cuius conditio non pendeat de primo dec. §. 2. in fine dixi.
e In alijs. ¶ Verba Roſ. vt proxime dixi: idem Dyn. in 5. q. fatetur tamen, quod ſecundum decretum quandoque datur ad uendendum, uel habendũ in ſolutum, quandoque ad poſſidendum. de hoc s̃. §. prox. & hic ſequitur.
f Quidam. ¶ Scilicet Ia. Bal. cuius eſt iſte ver. cum ſeq. vſque ad uer. Vber. autem de Bobio.
g Hoc. ¶ Quo caſu dixit Dy. vbi s̃. q. 4. ꝙ diuiſioni reſiſtens mulctãdus erat Inſti. de offi. iud. §. pe. & ff. de uen. inſpi. l. j. §. quid. ergo iudex eccleſiaſticus illum excommunicaret, ut in dec. quoniam. in fin. In caſu uero, qui ſequiť ſcilicet quando diffitetur eum cohæredem, dicit Dy. onus probandi in eũ transferri, ff. de nou. oper. nunc. ſi prius.
h Vber. ¶ de Bobio, vbi s̃. verſ. quid facies tu.
i Frequentať. ¶ Verbum Iac. predicti. quod etiam ponit Ioan. de Deo.
k Actionibus. ¶ Dyn. q. 4. dicit eſſe caſum ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. l. apud Iulianum.
l Dixit. ¶ Pręcedit hoc dictum s̃. poſitum.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſe ſui, quantū ſua intereſt reum ad diuiſionem veniſſe ſe mitti in
poſſeſſionē. Nā cū eum vocat ad diuiſionē, ergo ad factū vocat
ff. de vſufruct. qd ergo. in fi. ff. de cur. furio. ꝯſilio. in fi. & ſic tene
tur ad intereſſe, ff. de re iud. ſi qs ab alio. ꝙ intereſſe ꝓbabit ꝑ iuſ
iurandum ſuum, ut in prædict. l. ſi quis ab alio. vel quia talis miſ-
ſio non eſt multum utilis. Nec in promptu bonū eſt, quod mul-
cta indicta & pignorib. captis venire cogat̄, ff. de uen. inſp. l. j. ff.
de arbitris nō diſtinguem² §. ſi arbiter. ff. ad leg. Iul. pecul. eos vl'
potest ſuper hoc aſſumi arbiter ut prędixi. † ¶ Item quæritur [a],
7 quod ſit officium iudicis in duplicibus iudiciis, & poſſeſſorijs in
a terdictis cū vterq; ſe poſſidere oſtēdit? vt in interdicto Vti poſ
ſidetis, & utrobi, & de ſuperficiebus. Videtur, ꝙ ſi legitime cita-
tus non ueniat, iudex interloquendo pronunciare debet actorē
non eſſe inquietandum in poſſeſſione: ꝙ ſi poſtea veniat nō au
dietur: niſi expēſas reſtituat, & ſe poſſidere ꝓbet, arg. ff. de noui
b ope. nun. ſi prius. Tu dic [b], quod poſtquam iudex pronunciaue-
rit per ſecundum decretum, hunc ſcilicet actorem non eſſe in-
quietandū in poſſeſſione. non audiet aduerſarium poſtea elap-
ſo anno: uel ſicut in realib. non audietur ſuper poſſeſſione, ſed ſo
lum ſuper ꝓprietate. nam interdicta, licet perſonalia ſint, in rē
tamen ſcripta ſunt, ff. de interdict. l. j. in fi. Tertij diſtinguūt an a-
gatur actione in factum reddita in locū cuiuſlibet interdicti, vt
Inſt. de interdict. §. fi. & petatur intereſſe, cum ſit in obligatione
vt eſt in prohibitorijs interdictis, in quibus petitur intereſſe tan
tum, vt ff. ne uis fiat ei, qui in poſſ. miſ. eſt, l. j §. hoc interdictū. &
ſimilib. vt tunc faciat iudex id, quod faceret in mere perſonalib.
quia pro intereſſe in perſonam tātum agitur. An uero agatur a-
lia actione in factum, puta edicto de noui operis nunciatione,
ſcilicet ut opus factum demoliatur, ut tunc faciat iudex idem, ꝙ
faceret in reali: ut ſicut ibi mittitur actor in poſſeſſionem rei pe-
titæ, ſic & hic mittat̄ in poſſeſſionem noui operis facti ſcilicet vt
8 opus præciſè deſtruatur. † ¶ Qui enim agit ad factum, petit præ
ciſe factum, uel intereſſe, ſi uoluerit, vt ff. de noui ope. nun. ſtipu
latio. §. fin. & § opus. & l. j. & ꝙ dixi de noui operis nunciatione,
exempli gratia dictum eſt [c]. Vbert. autē dixit, ꝙ ſi agatur de adi-
c piſcenda poſſeſſione, uel recuperanda certa re, fiet ſicut fit, quan
do certa ſpecies petitur in ꝑſonali, vt ſ. tit. prox. §. ſequitur. ver.
ſicul. porro ſi agatur. Vel dic, ut j. verſi. in omnibus. † ¶ Vtrum
9 autem in his poſſeſſorijs interdictis lapſus anni faciat aliquē poſ
ſeſſorem, dubitari conſueuit: & uidetur, ꝙ ſic, ſicut contingit, &
in actione reali, ut dicetur j. verſiculo, hoc quoque. præcipue ſi
agatur interdicto in rem ſcripto, ff. de interdict. l. j. reſpōſo. 2. pu
10 ta Quorum bonorum. † ¶ In omnibus tamen perſonalibus in-
d terdictis magis poſſet dubitari. Vnde dic, ſecundum Vbert. [d] ꝙ
in eis tranſcurſus anni nō facit aliquem poſſeſſorem, ne ex tranſ
curſu anni plus habeat, quam fuiſſet per diffinitiuam ſententiā
habiturus extr. de re iudic. cum inter uos. Vel dic, quod in eis la-
pſus anni operatur, ut actoris intentio vera præſumatur, niſi re-
11 us contrarium probet. † ¶ Verum ſi agitur de retinenda poſſeſ-
ſione, non uidetur, quod poſſis petere te mitti in poſſeſſionem,
cum te aſſeras poſſidere. Fruſtra ergo poſtulas: quod habes: ut ex
tra de iud. examinata. & qa tibi cōtrarius videris, ut j. dicā. Quid
ergo fiet? Ad hoc poteſt dici, ꝙ in interdicto Vti poſſidetis, reus
condemnatur, quanti intereſt actoris non turbaſſe poſſeſſorem
ff. uti. poſſi. ſi duo. in fi. Igitur actor petet ſe mitti in poſſeſſionē
bonorum pro menſura dicti intereſſe. Vel poteſt dici, quod pro
nunciabitur actorem potiorem eſſe in interdicto: reus tamē po-
ſtea veniens intra tempus cōpetens, poterit probare de iure ſuo
vt ff. de dā. infe. l. à quo. Et ſi opponatur, quod hæc ſententia dif-
finitiua non ualet, ut pote. lata lite non conteſtata. reſpond. hęc
ſententia non eſt uere diffinitiua: imo vilis eſt, & quaſi nulla, C.
de ſenten. & interloc. om. iudi. poſt ſententiam. C ſi de momen.
poſſ. fue. appe. l. vnica extra de cauſa poſ. & prop. c. 1. & 2. q. 6 §.
diffinitiua, uerſ. de poſſeſ. & uide ſ. § prox. ver. item quæritur, ꝙ
12 & ſ. § reſtat. verſic ſed pone: ago. † ¶ Quid ſi electus in poteſta-
tem, uel rectorem ciuitatis, vel caſtri, litigat de ſua electione: qa
forte non admittitur, & cōtumax eſt uniuerſitatis: nunquid mit
tetur in poſſeſſionem illius iuris? & ſi fiat, nunquid exercebit il-
lud ius interim? Et certe nō videtur, quod exerceat: quia ꝑ hoc
non cōſequitur veram poſſeſſionem, ſed quaſi cuſtodiam. Quid
ergo fiet? Nam poteſtaria, ſeu rectoria eſt annalis, & ciuitati nō
expedit ſine rectore eſſe, ff. de offic. procon. meminiſſe. extrà de
ele. ne pro defectu. Dic ergo, quod iudex ſtatuet illis terminū tri
um menſium, uel plus, uel minus, intra quem oſtendant de iure
ſuo, quicquid poſſunt: alioquin adiudicet ei dictā rectoriam, fa
cta fide de ſua electione. hęc probātur in auth. de ſan. epiſ §. j. C.
de remiſ. pig. ſi eo tempore ff. de mun. & hon. reus delatus. ext. de
iud. c. fin. [e] idem etiam poteſt dici, cum aliquis electus eſt ad ali-
quam dignitatem eccleſiaſticam nec admittitur ad eam: ut 92.
ſi quis ordinatus. & 2. ſeq. nam poteſt tunc ſecundum præ-
formam procedi lite non conteſtata, probatur ext. de eo
in poſ. cauſa rei ſer. eum qui. lib. 6. ext. de appe. oblatę. in
fi. ut lite non conte. quoniam frequenter. §. porro. & §. ſi uero. ex
tra, de elect. ſtatuimus. § ſed ſi pars. hoc ſaluo, quod tunc non fit
miſſio in poſſeſſionem propter contumaciam, ut in prę. ca. eum
13 qui j. verſic utrum. † ¶ Sed nunquid in actione ex empto inter-
ponetur ſecundum decretum? Et uidetur quod non. nam ſecun
dum Iac. miſſio ex ſecundo decreto facit miſſum dominum. At
venditor nō tenetur emptorē facere dominum, ff. de act. em &
f ven. ex empto [f]. Alij contra. Nec obſtat præ l. qui hoc, ꝓpter cō-
tumaciam contingit, ut interponatur ſecūdum decretum Nam
& uidetur, quod tenetur vēditor ad rei traditionem, ut j. q. j qui
ſtudet. ibi nemo poteſt retinere, & c. ext. de fide inſtru. cum Ioā.
in princi. nec ſecundum decretum ſemper facit aliquem domi-
24 num † ¶ Sed qualiter in ſeruitutib vrbanis, uel ruſticis interpo-
g netur ſecundum decretum? Reſp [g] ſi reus, à quo ſeruitus petitur
vocatus non veniat, nec defendatur, mittetur actor agens cōfeſ
ſoria in quaſi poſſeſſionē illius ſeruitutis, de hoc ſ. §. reſtat. verſ.
quid ſi agatur confeſ. & j. uerſ. prox. Quid ſi agatur negatoria qa
dicitur, non debeo ſeruitutem in tali re: & is qui ſibi deberi aſſe
rit non comparet, nec defenditur? Reſpon. iudex pronunciabit
quaſi interponendo ſecundum decretum, nō diffinitiuè, cum lis
non ſit conteſtata, illum non debere ſeruitutem, donec quæſtio
terminetur, ff. de no. oper. nun. ſi prius. ff de dam infe. à quo. ff. ſi
ſerui. vendi. is, cuius familia. ff. de aqua quotid. & æſt. & ſi de uia.
Vel melius dic, quod non fiet miſſio in poſſeſſionē, quia nō pōt
ſed cauebit de non moleſtando. quod dic, ſecundum Papam, ut
no. ext. de eo, qui mit. in poſſ. c. j & iunge hoc, quod not. in præ.
15 ver. quid ſi agatur confeſſoria. & uerſi. ſed pone, ago. † ¶ Quod
autem ſit iudicis officium in ferēda diffinitiua ſuper ſeruitute, &
qualiter eam formabit, colligitur ff. ſi ſeruit. ven. harū. & l. egi.
Sed ſi is, quem peto in ſeruitutem, vocatus non uenit: qualiter ꝯ
eum interponetur decretum? nam hic non poteſt fieri directa
miſſio in poſſeſſionem. Dicunt quidam, quod actor poteſt po-
ſtulare, ut iudex pronunciet contra abſentem, uel ut cancellent̄
ea, quæ acta ſunt, ita quod de nouo incipiatur reſtitutis expen-
ſis: quod poteſt verum eſſe, quando de ſeruitutis poſſeſſione ꝓ
clamat in libertatem, ut ff. de liberal. cauſa l. diui. § primo. Vel
dic, ſecundum eos, quod ſi citatus non veniat intra annum, ſub-
ijcietur ſeruituti ꝑpetuę C. de aſſer. tol. l. j. §. omnes & ſic lapſus
h anni multum operatur in hoc caſu. ſecundum eos [h]. Ego non
credo,

ADDITIONES.

a Quæritur. ¶ Reaſſumit verba Ia. vſq; ad uerſi. Vbertus autem.
b Tu dic. ¶ Et melius, ſm Iac. poſuit etiam diſtinctionem, quæ ſequitur.
c Eſt. ¶ Secundum Iacobum.
d Secundum Vber. ¶ vbi ſ. ver. not. ꝙ tranſcurſus. & ipſius eſt tractatus ſe-
quens vſque ad uer. ſed nunquid.
e c. fi. ¶ Vide ad materiam j. de cenſi. §. 2. verſ. pen.
f Ex empto. ¶ Dy. de hac quæſtione, quæ eſt gl. Accur. ſic ſe expedit quod ſe
cundū decretū in hac interponitur: & id ſolum operatur quod traditio fa-
cta à uenditore, ſcilicèt dominij trāſlationem, ſi tradens eſt dominus: alias
vſucapiendi poteſtatē, ſi tradens nō erat dñs per hāc legē. Sed quærit ipſe
Dy. an uſucapiat emptor miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto ex a-
ctione ex empto, ſi ſciat rē eſſe alienā: allegat, ꝙ ſic, ff. de noxa. ſi noxali. & l.
ſeq. de damno infect. prætoris in prin. & quod ibi no. Tenet ipſe contrariū
quia ut dicit, factum iudicis repreſentat factum venditoris, ff. de euic. ſi plu
res. §. j. & venditore tradente nō uſucaperet ꝑ ꝑ malā fidem: ergo nec tra-
dente iudice. & hoc locū habeat in actione ex emp. Sed in alijs caſibus, in
quibus quis mittitur in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, habet locū, ꝙ in
contrariū allegat̄, ut no. ff. de dā. infec. cū poſtulaſſem. §. dāni. & ſm eum, ꝑt
eſſe diuerſitatis ratio. vt plus ſubueniatur ei, qui extra neceſſitatem, ſcili-
cet damni infecti. vel noxali mittit̄ in poſſeſſionē, ꝗ ei, qui ex cauſa à prin-
cipio uoluntaria, arg. illius §. damni. & ff. de fun. do. l j. facit de offic. deleg.
ab arbitris. & ꝙ ibi no. lib. 6. & facit hic ad no. ſ. §. iā de effectu. verſ. quid ſi
miſſus. & §. iuxta uer. quid ſi alius. & uer. ſeq. ¶ ADDE, ꝙ miſſus in poſſeſ
ſionē ex ſecundo decreto non ꝑſcribit, ſi habet ſciētiam rei alienæ præter
quā in cā noxali & dāni infecti: ut tenet gl. ꝗ cōmuniter ſequuntur Doct.
in l. ſi finita. §. ſi de uectigalib. ff. de dā. infect. & hoc de iure ciuili. An autem
de iure canonico habens ſcientiā rei alienæ ꝑſcribat in cā damni infecti, &
noxali? Bar. tenet, ꝙ ſic, d. §. ſi de uectigalibus. authoritate Ber. in c. paſtora
lis. de offi. ordi. quia factum iudicis reputatur factū legis. Sed Pau. de Caſt.
Ang. Imo. & cōmuniter nouiſſimi tenent contrium; quia habens ſcientiā
rei alienæ, eſt in mala fide: & malæ fidei poſſeſſor non præſcribit latius per
Alex. ibi uide.

ADDITIO. Et an præſcriptio excuſet a reſtitutione rei alienæ, uide
pulchre per Ioan. de Turrecre. in c. j. col. fi. uer. hic inſurgit quęſtio. 14. q. 6.
Hen. Ferran.

g Reſpon ¶ Secundū Iac. qui tractauit, quæ ſequuntur, uſque ad uerſ. ego
non credo. & hoc in uer. quæſitum eſt.
h Secundū eos. ¶ Tñ Accur. in præ. §. omnes dicit notandum nouum modū
adimendæ libertatis. pro quo dicto facit ēt ꝙ no. in præ. l. diui. & Inſtit. de
iure perſ. §. pe. q. & ſatisfacit ad caſum. Sicut enim ius ciuile adimit illam
maiori 25. annis, q. ſe uēdi ꝑmiſit ad pretiū participandū, & uere partici-
pauit: ſic & tali vere contumaci, qui negligit cauſam ſui ſtatus ꝓſequi ex ꝯ-
tumacia, & tituli uehementi ſuſpicione potuit iuſte libertatem adimere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a credo [a], ꝙ ex curſu anni cõſtituatur perpetua ſeruitus in libera
pſona:cum contra liber tatẽ nõ currit præſcriptio,etiam 40.an-
norum,vt 16 q.3.§.poteſt.verſ.quæ enim ab initio. C.de longi
temp.preſ.quæ pro liber.l.fi.vel etiam centum annorum,C.vb.
b cauſa ſta.l.fi.ff.de lib.ho.exh.l.fi.§.j.[b] & , ſ'm Vber. ſiue petat̃ qs
in ſeruitutem,ſiue ꝓclamet quis in libertatem, ſatis determina-
tur quid iuris ſit,C.de aſſe.tollen.l.j.§.fi. Poſſet etiam procedi ſe
cundũ generalia poſita ſ̃.§.reſtat,verſ. quid ſi agatur act. priuil.
16 †¶Quod autem dixi ſ̃. in princ. huius §. in omnibus perſonali-
c bus locum habere ſecundum,decretum : fallit in cõditionalib. [c]
Nam licet in eis primum decretum locũ habeat, ſcilicet vt mit-
taris in poſſeſſionem,ſi ille caure non uult,ut ff.de act.& oblig.
is cui.ſecundum tamen interuenire nõ poteſt,quia nihil debet,
ſed tantum ſpes eſt debitum iri:& hoc etiam in conditionalibus
ſtipulationibus contingit,vt Inſtit.de verb.oblig. §.ſi ſub condi-
tione. In criminalibus autem qualiter cõtra abſentem procedat̃
17 dicam ĩ.de accuſa.†¶Vtrũ in ſpiritualibus locum habeat ſecũ-
dum decretũ.& an præſcribi poſſit, & an poſt lapſum anni ſit in
eis miſſus uerus poſſeſſor,no.plene ext. de dolo & ꝯt. & ideo hic
non repeto. Vtrum autem,cum de ipſis agitur,fiet miſſio in poſ
18 ſeſſionem,dixi ſ̃.tit.prox.§.ſequitur.ver. illud autem.† Quid ſi
d reus[d] abſens in perſonàli actione conuentus non habet niſi feu-
dum uel uſumfructum in prædijs alienis,uel habet res,quæ ſub-
iacent reſtitutioni,uel nomina?Reſpondeo,hæc etiam aſſignan
tur actori per ſecundum decretum:quę dic,vt ſ̃.§.reſtat.ver.qd
e ergo , & ſeq. [e] ſi enim reus non habet niſi nomina , iudex per ſe-
cũdum decretum præcipiet debitoribus,ut ſtatim pecuniam il-
19 lam ſoluant actori.†¶Sed nunquid hęc pecunia ſtatim fit acto
ris?Reſpondeo,non,ſecundum quoſdam:ipſe tamẽ ex ea ſuam
faciet utilitatem,& eam ſpatio triennij vſucapiet,ſicut & quãli
bet aliam rem mobilem.& poſt hoc tempus poterit nulla ſuper
actione conueniri.16.q.3.§.poteſt.verſus fi.ext.ut lite non cõt.
20 quoniam. in fi.†¶Hoc quoque notandum eſt,ꝙ in perſonalib.
actionibus lapſus anni non facit miſſum poſſeſſorem ſine ſecun
do decreto:imo etiam poſt annum audietur reus ſuꝑ poſſeſſio-
ne,ut in præ.l.ſi finita.§.ſi quis autẽ.& §.Iulianus ſcribit. & ff. de
reb.eorum,qui ſub tut.vel cur.ſunt,l.3.Et quidã dicunt,ꝙ ſi cõ-
uenio debitorem meum perſonali actione , aut probo ꝙ latitat
nec uult venire,tunc bona ſua debẽt uẽdi,& mihi debet ſatisfie-
ri,C.de bo.auctor.iud.poſ.cũ proponas.& auth.ibi poſita:ſi nõ
probo,ero in poſſeſſione.In realibus autem,ut in rei uendicatio
f ne[f],& aliis,interponetur ſecundum decretum:quia ſolus tranſ
curſus vnius anni ſine ſñia facit aliquem uerũ,id eſt incommuta
bilem poſſeſſorem,computatò illo anno,à tempore interpoſiti
g onis primi decreti:[g]ext.de dolo & contum.contingit.de off.or-
di.paſtoralis.in fi.& in præd.c.quoniam.§.in alijs.C. de præſcri.
30.vel 40.an ſi quis emptionis.§.fi.ext.de eo qui mit.in poſ. cau
ſa rei ſer.per totum,& d.uerſ.ſi dilecto.niſi forte quis uelit illud
impetrare ad cautelam,ſecundũ B.& alios,ut fortius pręſcribat
ꝙ facere poteſt,ut extr.de eo,qui mit.in poſ.c.j. vt lite non con
teſt.quoniam.§.in alijs.ff.de acquir.poſſeſ.iuſte.Odoffre. tamen
dicit hãc cautelam eſſe damnoſam.nam cum is ex primo decre-
to fuit miſſus in poſſeſſionem ſummatim fuit examinatũ nego-
tium,& iurauit ſe non calumnioſe petere,& dominium rei peti
tæ ad ſe ſpectare.Si ergo nunc petat ſecundum decretum inter-
21 poni,† cuius effectus eſt,ut eum conſtituat dominum , qui non
eſt,ut ff.de nox.& generaliter. & dicam infrà §. ult. videtur ſibi
ꝯrius.Nam uidetur dicere ſe nõ fuiſſe prius dominum , ff.quan.
ap.ſit.ſi procurat.& ideo nõ eſt audiẽdus C.de fur.l.j.ext. de ap.
ſolicitudinem.in fi. Sed mihi nõ placet talis illatio:quia quod di
cit de effectu ſecũdi decreti. ſpeciale eſt in actione noxali , & de
dãno inſecto : ut ſi in eis q̃ratur dominium per ſecundũ decre-
tum in alijs autem ſolum vera poſſeſſio acquiritur,& cauſa uſu
capiendi paratur,ut in præ.§ Iulianus.& non dominiũ,ut not.in
præ.§.ult.Pręterea agens reali dicit ſe dominum,nec intendit ad
dominium:quia ꝙ ſuum eſt,amplius ſuum fieri nõ poteſt,ut ff.
de verb.obli l.nemo rem ſuam.& ext de fide inſtru. inter dilec-
tos.prope fi.Sed intendit ſolum ad poſſeſſionem,ſeu reſtitutio-
nem.ut ff.de rei uen.officiũ.& l.qui reſtituere. & de alie. iu.ꝯmu.
cau.fac.l.j.& ĩ.uer.ꝓx.Vnde meo iudicio,melior eſt ratio , qua-
re talis cautela non ſit utilis.Nam cum tranſcurſus temporis miſ
ſum in reali faciat uerũ poſſeſſorem,fruſtra impetraret ſecundũ
decretum,cuius effectus eſt facere aliquem uerum poſſeſſorem,
vt dixi:quia ſuperfluum eſt poſtulare , quod de iure cõmuni cõ-
petit,C.lib.x.de theſau.l.unica ext.de procu.quia in cauſis.Poſ-
ſet enim illi merito dici,ꝙ petis,intus habes,ext.de iud.examina
ta.& ideo tanq̃ ſuperfluum non,impetrabitur,ff.vt in poſ.legat,
ſi is,à quo.§.diuus.Argu.tamen expreſſe contra,quod in realib.
locum habeat ſecundum decretum,ext.de eo,qui mit.in poſ.cã
h rei ſer.c.j.Solu.ibi [h].†¶Sed quę eſt ratio diuerſitatis,quare ſecũ-
22 dum decretum interponitur in perſonalib.& non in realib. Re
ſpondeo:agens perſonali petit ſibi dari aliquid , & quod ſuũ nõ
eſt,vt Inſti.de act.§. appellamus.& in prin.tit.in §.namque. & da
re eſt accipientis facere,ut ff.de uerb.obli.ubi autem.§. fi. Si igi-
tur non det,utile eſt interponi ſecundum decretum,per quod ſit
miſſus dominus,uel ſaltem acquirit cauſam vſucapiendi.vt iam
i dixi [i]. At is,qui agit rei uendicatione,non petit rem ſibi dari , ſed
eam,ſeu eius poſſeſſionem ſibi reſtitui.quia dicit ſe dominũ rei:
vnde cum per primi decreti interpoſitionem nãciſcatur poſſeſ-
ſionem,ut dixi ſ̃.eo.§.reſtat.ver.ſi uero agatur reali. iã adimple-
tum eſt eius deſideriũ per primũ decretum,& habet quod petit
vt dixi:unde ſecundum non interponetur, quaſi ſuperfluum eſ-
23 ſet,vt ſ̃.Præterea videretur ſibi contrarius,ut ſ̃.†¶Sed quare in
realibus non transfertur dominium anno elapſo,quaſi ſecundo
decreto interpoſito?Reſpondeo,quia actor non intendit habere
dominium:imo,quod ſibi res reſtituatur, cum dicat ſe dominũ
vt iam dixi.Item & quia non interuenit iudicis auctoritas.Roff.
autem

## ADDITIONES.

a Credo, ¶ Idem Io.de Deo hoc tit.vltra medium.
b §.j. ¶ De hoc de Iudæis,c.2.in 3.gl.& ſuper ea.
c Conditionalibus. ¶ Secũdum Iac.Rof.vide ſ̃.de primo decreto, §.2.in fi.
d Si reus. ¶ ¶ Hoc uſque ad uerſ.hoc quoque.totũ fuit Iac.ante fi.
e Et ſeq. ¶ ver.quid ſi reus.de quo inten.ſequebat̃ olim de ꝓx.verſi. qd ergo
ſi.ſed propter additionem interpoſitã multũ diſtat,ut ibi ſcripſi:& ibi ha-
betur,ꝙ interpoſuit hic Iac.ſcilicet ꝙ uerus vaſallus faciet ſeruitia dño.
f Vendicatione. ¶ Intentata ꝯ poſſidentem. nam contra dolo deſinentem
poſſidere proceditur,ut in perſonali,ut dixi in §. reſtat in fin.
g Decreti. ¶ Idẽ Ia.6.col.ver.in realibus.aliter not.ſ̃.§.iam. de effectu. ante
fi.ver.vltimo quæro.vbi dicit,ꝙ incipit,qñ ipſa re ventum eſt in poſſeſſio
nem.Tractã dũ imminet, ꝙ dictum ſit verius : de quo miror , ꝙ plus à tot
ſcribentib.non eſt tactũ.Pro hac parte ſatisfacit dec.j.de do. & cõtu. præ-
ſuppoſito,ꝙ uerũ eſt,ꝙ illa dec.quæ fuit Alex.111.longo tẽpore ꝑceſſit de
c.ꝯtingit.e.tit.q̃ fuit concilij generalis Inn.111.ibi enim tex.loquitur in
principio de actore mittendo,non miſſo:& tamen põderatur ibi annus.er
go neceſſario dici oportet,ꝙ à tꝑe decreti incipiat annus,non a tẽpore miſ
ſionis.Si hoc olim,ergo & hodie.Itẽ cõtra tenentes ꝯrium,ꝙ a tẽpore miſ-
ſionis currat annus:& ſic vbi nõ interuenit miſſio , nõ cępit currere annus
proprie emanauit dec.contingit. ꝙ patet ibi:& ſic cum ſecũdum multorũ
aſſertionem,&c.Item reus,cui faueo,dimittendo ipſum in cultura & col-
lectione fructuũ,& poſtea lapſis forte ſex menſibus à tẽpore primi decreti
poſſeſſionẽ recipio,& ſic ipſius tædiũ alleuio:beneficiũ,uel gratia,q̃ ſibi fe
ci,ꝯ me retorqueri nõ põt,ext.de fideiuſ.c.2.de Iudæis.& ſi Iudęis.Itẽ ad
hanc partem vr̃ tex.expreſſus,de eo,qui mit.in poſſeſ.cum veniſſent.verſ.
ſed iudices. ¶ Pro opinione contraria , quæ attribuitur Vberto , multum
facit decr.quoniam.§.in alijs.ut lit.nõ ꝯte.vbi de decreto iudicis mẽtio ex
preſſa nõ fit, ſed ſolũ de miſſione:ibi mittẽdus eſt actor in poſſeſſionẽ.&c.
& poſtea affirmatiue & negatiue ſubditur de anno. ergo aliud principium
anno dari nõ põt,q̃ tempus miſſionis.quod etiam ibi Aegi.ut ibi ſcripſi ſu
per uer.intra annum.Item omnia alia iura loquẽtia de anno,uidẽtur illud
referre ad tempus inductionis,miſſionis,traditionis vel detẽtionis habitę
uel factæ de poſſeſſione de primo,decretalis paſtoralis de offi.or.& dec.j.
de eo,qui mit.de ſcđo decret.decretalis ſecũda.illo e.tit. de tertio decreta
lis.dilecto de verb.ſig.đ quarto,l.ſi qs ẽptionis.ad fi.C.de ꝑſc.30.uel 40.an.
Hæc aũt quatuor uocabula nõ uiolẽta tꝑe decreti,vel ꝓnũciationis,nõ ꝯ-
gruũt improprietatis aũt excuſandæ ſunt,nõ ſequẽdę,ut no.de uer.ſig.ꝑte
rea.in fi.ult.gl.Item cum præ.decre.paſtoralis.in fi. uocet hanc annalẽ præ
ſcriptionem,uel quaſi : & præſcriptio ſine poſſeſſione non procedat , de re
iud,ſine poſſeſ.lib.6. ubi concord. puto hanc ſecundam opinionem uerio-
rem.item facit regula e.tit.in pœnis.quæ uult in pœnis mitiorem partem
ſequi.& hæc eſt talis.Eſt autem aduertendum, quod caſus iſte minus eſt du
bius,quãdo ſcilicet iudex ſeruaſſet primam formam,no.ſ̃.e.§.2.dicẽdo,de
cerno Titium mittendũ,&c.bona tamen eſt forma:nec ualet,quod ibi in fi.
apponitur,ut ibi ſcripſi. per illa enim uerba cõſtat , illum poſſeſſorem non
eſſe,niſi propter dolum,uel potentiam rei ſic fingatur, ut in c. contingit.&
adhuc eſt dubium,an hæc fictio trahatur ad tẽpus decreti,an uero ad tem
pus reſiſtentiæ.Quando uero iudex ſecutus eſt tertiam formam ibi poſitã,
quæ fuit Inn.& dec.j.de eo,qui mit.in poſſ.ut ibi ſcripſi , dicẽdo decerno ꝯ
ſtituo.uel iubeo,Titium uerum poſſeſſorem , & cætera. tunc ex ui uerborũ
uideretur ab ipſorum probatione currere annus:& locus eſſet opinioni Ia
cobi,licet,ut ſuper illa forma ſcripſi,fatear eum nõ poſſidere, per l. cũ po-
ſtulaſſem.in fi.j.reſpon.ff.de dã.infe.Hoc.tñ faciet iudicis auctoritas,& uo
luntas,ut ſicut curreret decẽdium appellationis interponendæ à tempore
pronunciationis,ſic currat contumaci annus purgationis contumaciæ ab
illo tempore,licet non ſtatim actor poſſeſſionem apprehendat.
h Solu.ibi. ¶ In ult.gl.dicebat Dy.in q.7. ꝙ peti poſſet ſtatui certũ tempus
abſenti.poſt ꝙ non audiatur de proprietate:alleg.ff.de dã.infec.à quo fun-
dus.& de opt.leg.l.mancipiorũ.Multa ſimilia uide de probat.licet in 1.gl.
& ſuper ea:& ĩ.ti.2.§.j.in fi.& ipſe Dy.addit in præ.l.a quo.ꝙ quia termi-
nus ille non eſt determinatus a iure erit arbitrarius,ff.de iure delib. l. j. in
fi.& concor.ibi Accur.in ult.glo.
i Dixit. ¶ Sed Dy.q̃rit,ubi ſ̃.q.pe. an in ſecundo decreto requiratur miſſio
re ipſa,an ſufficiat iuſſus?Et uidetur neceſſaria miſſio,ff.de pig.act. non eſt
mirũ.§.ſciendũ.E cõtra cũ præceſſerit miſſio ex primo. ergo ſufficit iuſſus
ſicut ſufficit uoluntas uendentis,præcedente traditione ex alia cauſa:pu-
ta depoſiti,uel commodati,ff.de acquir.re.do.qua ratione. §. interdum.&
Inſt.e.ti.§.interdum.cum factum decernẽtis reputetur eius,ꝯ quem decre
tum interponitur,C.de euic.ſi ob cauſam.& no.Inſti.de oſt.iu.circa fi. Sol
uit neceſſariam eſſe miſſionem,ſi ille non erat in poſſeſſione: fac. C. de rei
uen.l.ſeruum.& ff.e.ti.ſi ager.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a aũt probat multipliciter in lib. ſuo in tit. de ſecundo decr.[a] quod
tranſcurſus anni non transfert in aliquem poſſeſſionem: nã miſ-
ſus ſtatim fit poſſeſſor in reali: & de hoc ext. de dolo & cont. con
tingit. Et cum ſæpe feceris mentionem de actione perſonali, &
de reali, quid ſit utraque, dic, vt ſ. de act. ſeu pe. §. ſequitur. verſ.
ſed quam uocas.

## ADDITIO.

a Secundo decre. ¶ Nõ allegat, ꝙ intẽdit. ibi em. nihil de hoc, ſed de primo
decreto poſuit de hoc uer. ſed illud q̃ritur. in 2. col. ſed illa multiplex pro-
batio, de qua loquitur auctor, eſt in ti. de bon. auctor. iu. poſ. ver. itẽ quærit
multis modis. & propter auidos hæc ſcire, ſupplebo ꝙ auctor omiſit. Et
primam ipſius rationem nõ pondero, quę fundatur ſuper fine l. ſi quis em
ptionis. vbi dicit, ꝙ paſſus miſſionem, intra annum cauẽs, rẽ recipit: dicit
ipſe, ergo prius nõ habebat, ſi recipit: ſi litera diceret, poſſeſſionẽ recipiat,
faceret ꝓ eo: & ſic inducebat illã Gui. de Suza. qui tenet ꝙ poſſideat. Lite
ra tñ de re loquit. Quia uero illud ſic inferri poſſet ẽt in perſonali, in qua
veniens & cauẽs rẽ recipit, ideo non placet. Sed pro eo bene facit litera p̃-
cedẽs: ibi, prior poſſeſſor. quaſi innuat miſſum eſſe ſm poſſeſſorem, prie rẽ
deſiiſſe, ut ibi no. Secunda ipſius ratio eſt. cũ poſſeſſio ſit facti. ff. ex quibus
cau. ma. l. denique impoſſibile eſſe iſtud factũ ſuppleri ꝑ lapſum anni ꝙ tñ
ꝓcedunt, qui negant eũ intra annum poſſeſſorẽ. Probat per id, ꝙ de hære-
ditate dicit, q̃ in his, q̃ iuris ſunt, ſuſtinet vicẽ defuncti: nõ tñ in his, q̃ ſunt
facti, ff. de acquir. re. do. l. hæreditas. l. in eo de ſtip. ſeru. l. vſusfructus. quod
vi, aut clam, l. denique. Cum ergo, ꝙ factũ ẽ, in hr̃ditate nõ ſit, & poſſeſſio ẽ
facti: ergo in illa nõ eſt. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. fue. l. j. §. Scæuola. vnde li-
cet adeam hęreditatem, & ex hoc oĩa iura in me tranſeant, poſſeſſio tamẽ
rerum nõ tranſit, niſi apprehẽdat, ff. de acq̃r. poſ. cũ hęredes. in prin. & ibi
concor ad utrũq; dictũ: & ꝓut ipſe dicit, nõ obſtat ff. ex qui. cau. ma. l. cum
miles. §. j. ubi dicitur, ꝙ poſſeſſio coniunctim deſcendit ad hr̃dem. Nã, ut
in ꝯrio no. uſucapio inchoata per defunctũ, bene ꝑficitur per hæredẽ poſ-
ſeſſione apprehenſa, ſecundum Roſ. ſed vt ibi dicit tertius, id ẽt quandoq;
cõtingit hæreditate nõ adita. ꝙ intelligit Accur. dummodo res, quæ uſuca
piebatur, non fuerit per alium apprehenſa, ff. de uſuca. l. nunquam. 2. §. pe.
Concludat ergo hic, ꝙ uſucapio licet ex poſſeſſione reſultet, eſt ius. ff. de v-
ſuca. l. 3. ꝙ hæreditas includit, ut ſ. Idem in poſtliminio. cuius fictio pro-
deſt ad ea, q̃ iuris ſunt, nõ ad ea, quæ ſunt facti: ut in præ. l. deniq; ff. ex q̃b.
cau. ma. Cõcludit ergo, ꝙ id ꝙ ius ciuile in p̃dictis facere nõ potuit, nõ fa-
ciet lapſus anni: & ſm hoc neceſſario ſequetur abſurdum, ꝙ ex quo primo
anno nõ poſſidet, finito anno eſſet neceſſariũ ſm decretũ in poſſeſſione tra
dẽda in realib. eadẽ rõe, qua in ꝑſonalib. ꝙ dicit abſurdum, & nunquã au-
ditũ. Aut oportent cõcludi aliud abſurdius, ꝙ ipſe actor ſeipſum faceret
iuridicũ poſſeſſorem, ſic ſibi ius diceret ꝙ eſſe non poteſt, etiã in poſſeſſio-
ne apprehendenda, ff. de acquir. poſ. l. ex ſtipulatione. ext. de priuil. c. paſto
ralis. & ut inuicẽ Roſ. nõ impingas, ei, ꝙ ipſe & alij fatent, ꝑ lapſum anni
miſſum reali fieri incõmutabilem poſſeſſorem: & ſic etiã circa poſſeſſionẽ;
multum poteſt lapſus anni: ſed reſponde. ꝙ illa poteſtas in iure, nõ in facto
cõſiſtit: ſicut dicimus, completa uſucapione eũ, qui triennio poſſedit, iure
communi fieri dominum: ut in præ. l. 3. ff. de uſuca. Cõcludit ergo Roff. mi
ſeros errantes eſſe illos Canoniſtas, uel alios, qui tenent ꝯrium, ſuadens, ꝙ
hoc teneant, ſi ueritatem diligunt; inducit l. cum ita. ff. de con. & dem. ibi
imo ſi verum amamus, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Delegatus à papa an poſſit dare corporalem poſſeßionem in rebus, quæ non ſunt ſuæ iuriſdictionis.*
2 *Bellum per ſe indicere ſolius Principis eſt: & an iudex eccleſiaſticus poſ-ſit in cauſa ad forum eccleſiaſticum ſpectante, bellum indicere.*
3 *Iudex vnus an poſſit decernere mißionem eſſe faciẽdam in bonis non ſuæ iuriſdictionis.*
4 *Actor quo iure poſtulet interponi ſecundum decretum.*

¶Secundum decretum à quibus iudicibus, & quo iure poſtulari debeat.

5. §. Reſtat videre, à quib. iudicibus, & quo iure poſtu-
letur ſecundum decretum. Et uidetur, ꝙ tã
tum ordinarij merũ, uel miſtũ imperium habentes, illud interpo
nere deberẽt, ut p̃tor, pręſes, & huiuſmodi, arg. in auth. de exhi.
& intro. re. §. ſi vero. ff. ad munic. ea quæ. ff. de dam. infe. dies cau
tioni §. ſi forte. Nam mittere in poſſeſſionem magis eſt imperij
quã iuriſdictionis: ut ff. de iuriſ. om. iu. iubere. & quia hoc decre-
tum cauſa cognita interponitur, & venit in cognitione, an reus
ſit abſens iuſta de cauſa, uel non, & huiuſmodi: quæ dic, ut ſup. §.
nunc dicamus. in prin. Sed cum cauſæ cognitionẽ deſideret uide
tur per libellũ, id eſt, ꝑ iudicẽ delegatum, non poſſe expediri, ut
ff. de off. præſi. nec quicq̃ §. vbi. ff. de reg. iur. omnia. Alij dicũt, ꝙ
delegatus ab ordinario poteſt pronunciare de mittendo in poſ-
ſeſſionẽ, & maior, ſcilicet delegãs, debet re ipſa mittere in poſ-
ſeſſionem [a]. hoc proſequere, vt j. de execu. ſen. §. nũc dicẽdũ. in
prin. De primo decreto, à quo ĩterponat, dixi ſ. §. nũc uideamus
in prin. Et ſm Io. de Deo [b], is q̃ põt primũ decretũ interponere,
ſm: ext. de eo, qui mit. in poſ. cã rei ſer. ꝑ totũ, ext. de off.
literis. Tamẽ, ſecũdũ eum, nõ ſic eſt in diffinitiua, quã
c non fert [c], delegatus ab ordinario, ff. de re iu. à diuo. Delegatus
aũt à principe, vtrunque põt facere, ut no. in præ. §. nũc dicendũ.
1 † Innoc. Papa IIII. no. ext. de off. dele. ſignificaſti [d]. ꝙ delegatus
d à Papa, non poteſt dare corporalem poſſeſſionẽ in reb. quæ non
ſunt ſuæ iuriſdictionis: puta in poſſeſſionibus laicorũ, q̃n cognõ
ſcit de dote, & huiuſmodi, ut ext. de dõ. inter vir. & uxor. de pru
dentia. vbi de hoc: ſed ꝑ ordinariũ iudicẽ ipſam dari mãdabit, ff.
de re iu. à diuo. § j. 96. diſt. cũ ad verũ. xj. q. j. de ꝑſona. in fin. ext.
de iu. nouit. prope prin. in poſſeſſione aũt & rebus eccleſiaſticis
dare poteſt poſſeſſionem corporalem, non ſolũ cauſa cuſtodię
imo ẽt veram. arg. ext. de re iud. cum aliquib. C. de iud. properan
dũ. ff. ad munici. ea quæ. cum ſibi liceat ſuam ſententiam exequi
ut in præ. c. ſignificaſti. & eo. tit. in literis. ꝙ uerum puto, ſi ſine
armis & contentioſa defenſione eam dare poteſt: alioquin id ꝑ
ordinariũ manu militari fieri iubebebit, 23. q. 5. adminiſtratores
ff. de rei uen. q̃ rẽ. & in pręl. à diuo. §. ſed an ſecus. & in præ. l. iu-
2 bere. † Ipſe enim per ſe nequid bellũ indicere: q̃a hoc ſolius Prin
cipis eſt, 23. q. 3. c. j. & 2. Alij tamen dicunt, & bene, ꝙ ex quo cã
ſpectat ad forũ eccleſiaſticũ, iudex eccleſiaſticus ſiue ſit ordina-
rius ſiue delegatus ſñiam exquetur, & dabit poſſeſſionẽ corpo-
ralem, ẽt in poſſeſſionib. & reb. laicorũ: arg. in præ. §. p̃terea. alio
e quin deluſoria talis iuriſdõ videret, ut ext. de of. dele. ex literis [e].
3 † ¶ Illud autem hæſitationem non habet. nam unus iudex poteſt
decernere miſſionem eſſe fiendam in bonis non ſuæ iuriſdictio-
nis: quod dic, ut no. ſ. §. nũc uideamus. Poteſt ergo breuiter inter
ponere maior iudex, prætor, & præſes prouinciæ, & quicũq; ha
f bet merũ, uel miſtum imperium, ſecundũ Roſ. [f] vt in præ. l. iube-
re. & ff. ad municip. ea, quæ. & ff. de dam. infec. dies. §. ſi forte. Eſt
enim hoc meri imperij, & cognitionem habet pecuniariã, ut di
4 xi ſ. de iuriſdi. om. iud. ver. ſed an bonorũ poſ. ad fi. & ſeq. † Sed
quo iure poſtulat actor interponi ſm decretũ? Reſpondeo, ꝑ a-
ctionẽ in factũ: ar. ff. de dã. infec. inquilino. q̃a nõ eſt expreſſũ de
g nomine actionis, vt ff. de pręſc. verb. quoties. Alij dicũt [g] ꝙ iudi
cis officio, quod datur loco actionis deficientis: ꝙ tutius eſt. 3. q.
j: redintegrãda. & arg. ff. de iuriſd. om. iud. l. j. & expone in præd.
l. inquilino. actio, id eſt ius, quo cautio petitur. ſimile ff. de act.
h & obl. actionis verbo. & arg. ff. de ſucceſ. edict. l. j. §. decretalis [h].

## ADDITIONES.

a In poſſeſſionem. ¶ Hucuſque verba Ia. inducebat l. 4. §. duas. ff. de damno infec. quam allegat remiſſiue.

b Io. de Deo. ¶ Cauil. lib. 4. vbi de ſecundo decr. pe. col.

c Fert. ¶ Hoc non expreſſit Ioan. ſimpliciter dixit in diffinitiua, ſi ſic ſentio alle. l. à diuo. Vnde magis puto eum intellexiſſe, ꝙ non exequitur, ut vult illã lex, in prin. quam non ferat.

d Significaſti. ¶ Vbi ſcripſi in gl. pe. & uide remiſſiones, quas ibi dedi, in fin.

e Literis. ¶ Secũdũ G. ſed Hoſ. dicit primũ iuſtius ꝑ dec. poſtulaſti, de foro cõpet. vt ſcripſi in præ. dec. ſignificaſti. ubi ſ. Adde, ad hũc ver. quod iudex poteſt interponere ſuũ decretum ſuper re exiſtente extra territoriũ ſuũ, & ratione perſonę, & ratione contractus: ita Bal. no. in l. magis puto. §. illud. ff. de re. e. qui ſub tu. Cautela tamen eſt, ſecundum ipſum ibidem, ut uterque iudex Interponat: ibi uide.

f Secundum Roſ. De ſecundo decr. in prin.

g Dicunt. ¶ Roſ. de primo decreto ante finem: & hoc tenet Dy. vbi ſ. & de utroque decreto, per l. i. ſtatim allegatam. Item, ſecundum eũ, nulla eſt obligatio ex quo naſci poſſit actio in factum: & æquum eſt cautionem interponi. Sequitur ergo id fiendũ iudicis officio. bene facit ff. de annu. leg. l. Quintus. Loquit autem de cautione damni infecti: idem Simon in l. conſentaneum. in fi. C. quomodo & quando iu.

h Decretalis. ¶ De hoc per Hoſt. vbi ſ. §. pe. in fi. & per Cyn. ubi ſ. in ulti. q. vbi tenet, quod ex nobili iudicis officio, non ex mercenario, procedunt hæ miſſiones.

## SVMMARIVM.

2 *Dominium an poſſit ex primo decreto in cauſa noxali transferri.*
a *Creditor, cui res in ſolutum data eſt, an per ſecundum decretum habeat iuſtam cauſam poſſidenti & præſcribendi.*
*Iuſte poſſidere cenſetur, qui prętore auctore poſſidet.*
3 *Bona an & quę poßint per ſecundum decretum uendi.*

¶Secundi decreti effectus quis ſit.

6. §. Vltimo dicamus, quis ſit effectus ſecũdi decreti
Et quidẽ magnus: q̃a per illud aliquãdo
a dominium acquiritur, & contumacis ſuperbia refrenatur [a], ext
ut lite nõ conteſt. quoniam. in fi. extr. de eo, qui mit. in poſ. cã rei
ſer. c. j.

## ADDITIO.

a Refrenatur. ¶ Hucuſque Iac.

ſer.c.j.Hoc tamen intelligas ſane,quia in omnibus perſonalibus
actionibus,in quibus locum habet, non operatur ſecundum de
cretum eũdem effectum . nam in cauſa noxali, & damni infecti,
conſtituit miſſum dominum,ſi reus, qui non cauebat de damno
infecto,uel qui reſpondebat in actione noxali, erat dominus.Si
vero non erat,ꝯſtituit eum uerum poſſeſſorem , & parat ei cau-
ſam vſucapiendi,ſeu præſcribendi ff.de dam.infect.ſi finita.§.Iu
lianus.ff.de acq.poſſeſ. poſſideri.in fi.ff.de nox.act. electio. in fi.
& l.& generaliter.ff.ſi ex nox.cã ag.l.3.in fi.de dam.infect. ſi fini
1 ta.§.Iulianus.† ¶Quidam aũt dixerunt,[a] in cauſa noxali ex pri-
a mo decreto dominium transferri. nam dicunt, non inueniri, ꝙ
in ea ſecũdum decretum interponatur:ut in præd.l.ſi ex nox. cã
ag.l.2.§.pe.& in præd.l.electio.in fi.Vel dic,ut ſ̃.§.uidendum in
prin.ver.item locum.& ſeq.In alijs aũt perſonalibus ꝯſtituit miſ
ſum poſſeſſorem,ut in præd.l.ſi finita §.ſi quis autem.ext.ut lite
nõ conteſt.quoniam,in fi.in hoc, ſ.ut exoneretur ab onere pro
bandi debitũ:non tamen præſcribit:quia quandocunque domi
nus ueniens offerret debitũ,reſtitueretur ei res ſua,ut no.in prę.
dec.cõtingit.& in prædi.decr.quoniam.in fi.niſi diſtracta fuerit
iudicis auctoritate,uel in ſolutum data:quæ remedia dãtur poſt
interpoſitionem ſecundi decreti,ut ibi no.ſecundum Ioan.& ſ̃.
§.nunc dicamus.uer.quod ſi nullus & uer. illud autẽ. & ver. ſed
quæ eſt . In realibus autem trãſcurſus anni, qui habetur loco ſe-
2 cundi decreti,facit quem uerum poſſeſſorem,ut p̃dixi.† ¶Item
per ſecundum decretum habet creditor,cui res in ſolutum data
eſt,iuſtã cauſam poſſidendi,& præſcribendi: ſiue debitor fuerit
dominus rei poſſeſſæ,ſiue nõ:& uſucapit, etiam ſciens rem datã
in ſolutũ fuiſſe alienã.ff.de Publiciã.l.ſunt & aliæ. in fi.ff.de nox.
& generaliter.no ext.de re iud.abbate ſane.li.6.Et eſt ratio,quia
iuſte poſſidet,qui prætore auctore poſſidet,ff. de acq. poſſ. iu-
3 ſte.† ¶Sed nunquid miſſus utetur fructibus?de hoc ſ̃. §.ſequit̃.
ver.hoc autem notandum. Item per ſecundum decretũ uendũ
tur quandoq; bona:ut ſ̃.§.2.ver.illud autem. Quid ſi poſt ſecũ-
dum decretũ interpoſitum uult dicere dominus, quod non fuit
cauendum illi,cui præceptum eſt caueri ? Dicit Roſ. non audiri:
quia & ſi ſit peremptoria, poſt interpoſitum decretum opponi
non poteſt,quaſi nec per ſententiam,ut C.ſent.reſcin. non poſſ.
b peremptorias.niſi in mora [b]{alias,minores} eſſent,uel abſentes
Reipublicæ cã:uel niſi per ambitionẽ ſit interpoſitũ,arg.ff.de iu
dic.ſi prætor.ff.de his,qui ſub tut.uel cura ſunt.magis. §.pe.& in
præal.l.ſi finita.§.ſi forte.

## ADDITIONES.

a Dixerunt. ¶ Dictum eſt Iac. Bal. qui dicit ſe in hoc eſſe ſolũ , de ſecundo decr.ad fi.j.col.ſed Accur in l.2. C.ubi in rem act. vĩ eum ſociaſſe in ultima gl.ſed Dy.dicit in 8.q.gl. illam intelligendam de ſecundo decreto.nam G.æquiparat cauſæ noxali cauſam dãni infecti:in qua certũ eſt per primũ decretũ nec dñium,nec poſſeſsionem dari,ff.de acq.poſſ.l.3. §.fi.&, qui.ex cau.in poſſ.eat.l.cum legati.Cum ergo miſſus in noxali fiat dñs,ut patet p dictas leges ſtatim allegatas,fateri oportet, ſ̃m eum, ſ̃m decretũ interponi,ff.cõi diui.l.ſed ſi res.Vide Cy.qui refert Iac. de Rauen. tenere ꝯ̃rium, in præ.l.2.q.13.maxime ea ratione, qa in cauſa noxali fit miſsio in re mobili:ſed in cauſa damni infecti fit in re immobili: & rerum mobilium vilis eſt & abiecta cuſtodia,ff.de acq.poſſ.ſi rem.

b Mora. ¶ Debet dicere Minores:& ſic ponit Roff. de ſecũdo decreto, paulo ante ſi.

## ADDITIONES NOVAE.

* De hac materia uide Bal.in l.j.§.ſed alio.ſi ex noxa.cau.aga.
* An ſ̃m decretum dicatur ſententia interlocutoria.Bar.in l.ſi finita.§ ſi forte,de dam.infec.Bal.in Aut.qua in prouincia.ubi de crimin.agi opor.
* An decretum iudicis poſsit copulatiue & alternatiue proferri,Bar. in l.ſi pupillorum.§.ſi pater.de reb.eorum.
* De materia primi & ſecũdi decreti no.Bar.in l.ſi finita.§. Iulius. de dam. infect.& nunquid primum & ſecundum decretum interpoſitum ad petitiouem unius creditoris proſit alijs. Barto.in l. cum unus. de bon. auct. iudi.poſsi.
* In l.vt debitum C.de hæredita.actio.dicit Bal.quod ſi non facta probatione detur ſecundum decretum , quod confeſsio ſequens non roborat illud, ut hic,& l.ſi cum nulli. de re iudic. & eſt ratio quia præpoſteratio infringit confeſsionem partis.fac.lex,non tantum.de appella.& l. maritus.de quæſtionibus.
* In l.ait prætor.in prin. nota ꝙ ſecundum decretum habetur loco tituli ad præſcribendum ius dominij hoc dicit: & alibi non reperitur ꝙ ſecundum decretum ſit titulus habilis ad præſcribendum directum dominium: licet alij tituli mediante præſcriptione non importent niſi utile dominium . & hoc operatur auctoritas rei iudicatæ.fac.l.ſtatulib.§.cæterũ.& l.& generaliter.de noxal.& l hoc ſuper verſi.dñium proprie.& gl.hic dicit ꝙ qui patitur ꝯ̃ ſe ſecundũ decretum,uidetur habere rem pro derelicta.& per hanc rationem dicit glo. quod ſi paſſus ſecundum decretum habeat dominium directum , ꝙ ex ſecundo decreto transfertur in miſſum poſſeſsio . & per hoc dicit quando præſcriptio cauſatur a ſecundo decreto , non requiritur bona fides,ut dicta l.& generaliter.& hic tex.loquitur indiſtincte. ¶ Item nota ꝙ ad ſecundum decretum ex quo tranſit dominium non poteſt comparere reus ad aliquã defenſionem. nec eneruationem ſecundi decreti,offerendo debitum ſecundum gl.hic. alij dicunt quod etiam habent annum poſtea vide in c.contingit.extr.de dolo & contumacia.Bal.ſa. idem Bal.in l.j.§.ſed alio.ff.ſi ex nox.cau.aga.
* Item in eadem l.ait prætor.§.ſi plures.dicit Bal.ex tex.cum glo.ſuper uerſi.ex hoc primo decreto,quod in ſecundo decreto nõ eſt neceſſe ſeruare totaliter formam decreti primi, ſed ſufficit ad ſecundum occaſio primi: nec eſt neceſſaria conformitas. Item nota quod miſſus in minimam particulã ex primo decreto , poteſt mitti in totum ex ſecundo decreto ſic diſputat Iac.Buti.
* In l.peto.§.prædium.de leg.2.dicit Bar.ꝙ ſi quis habet bona quæ non poteſt vendere,expedit quod fingat aliquem creditorem , & ille ingrediatur poſſeſsionem ex primo & ſecundo decreto : & tunc non incidet in pœnam.
* An ad interpoſitionem ſecundi decreti requiratur latitatio,an ſufficiat ſola citatio ad domum,Cynus & Bart.in l.ignorare.de reſtit.milit.
* In l.ſi non ſortem.§.ſi centum.de condi.inde. dicit Bald,ex iſto tex. not.ꝙ tenuta data ex ſecundo decreto iudice exequente pro maiori quantitate quàm deberetur,quia inſtrumentum erat vſurarium factum de duplo : ꝙ non tenebat in totum,nec in parte.& ſic conſuluit Bar.
* An à ſecundo decreto poſsit appellari. Bar.in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam.infect.
* An in venditione bonorum veniat feudum.not.in l.in venditione.de bonis auct.iud.poſſi per Dynum.
* An facta miſsione ex primo decreto in una re poſſit ex ſecundo decreto alia res vendi,not.per Bar.in l.quamuis.eo.tit.
* An arcæ & ſepulturæ quæ ſunt ad eccleſias & ius patronatus poſſint vendi,not.in l. Aufidius.de priuil.creditorum.
* Nota ꝙ exiſtentia ſui hęredis tantum operatur ꝙ hęreditas non dicatur iacens,& non poteſt dari curator bonis tanquam hæreditati iacenti ita dicit Bal.in l.cum hæreditas.C. de po. & ita dicit tenere Cynum per l. liber homo,in fi.de ſtipu.ſeruo.
* An ſi agatur contra feudatarium poſſit ex ſecundo decreto vel in cauſa iudicati accepi feudum.Bar.in l.ſi finita.§.ſi de uectigalib.de dam.infec.
* An & quando in reali neceſſarium ſit ſecundum decretum, notat Inno. & Hoſtien.in c.quoniam.ut lite non conteſt.
* Sed quid in duplicib.iudicijs,an ſeruus mittetur in poſſeſsionem.de hoc Bar.in l.apud Iulianum.ex qui.cau.in po.ea.& l.ſi finita.§.Iulianus.de dã. infect.
* Quid in interdicto ut poſſidetis,ſi alter eſt contumax,quomodo fiet: quia ſi agens petat ſe mitti in poſſeſsionem videbitur ꝯtrarius. Bar. in l.ſi prius de ope.no.nunc.& l.à quo fundus.de dam.infe.
* An bona data in ſolutum vni creditori poſſint per alium creditorem aduocari & quando no.in l.qui autem.§.ſciendum.l.pupillus. ff. quæ in frau. credi.
* An in cauſa legatorum habeat locum ſecundum decretum.gl.in l.ſi finita. §.ſi plures.de dã.infe.tenet ꝙ non.gl. tenet cõtrarium in l. is cui. vt in poſſe.lega.& l.iubere.de iuriſ.om.iudi.
* An in hypothecaria habeat locum ſecundum decretum,gl.in l.3.in fin.ff. de acquir.po.dicit quod non.gl.in l.ſi quis emptionis.de præſc.30.ann.tenet contrarium.
* Nota ꝙ res relicta ad alimenta non poteſt capi per creditores,per l.legatum de capitis dim.& ita dicit Odof.prout ibi recitat Bal. vnde poteſt fieri cautela quod ſi uolo donare rem, ita vt aliquo caſu diſperdi non poſſit, quod ipſam donare debeam ad alimenta per l. illam.
* Quid ſi petitur reſtitutio, & perſona contra quam petitur non eſt præſens, nec venit, quid fiet? Circa hoc ſunt diuerſæ ſententiæ vt no.in c.ſi. de offic. del. vel dic diffinitiue p̃nunciari,ar.l impuberis.§.ſi.in ſi. de ſuſpec. tu.nec obſtat ꝙ ſit abſens,arg.l.in cauſæ.§.cauſa cognita.ff. de mino. vel dic ꝙ cõpellatur uenire captis pignorib. vel mulcta indicta. Item lex videtur dicere ꝙ propter abſentiam ſñia nã debet retardari. nam dicit lex ſi quidẽ petat quis ſe mitti in poſſeſsionem bonorum per cõdictionem ex l.j.de edic. diui Ar.tol. ꝙ ſi pars eſt præſens debet concedere vel ꝯ̃dicere : ſi aũt eſt abſens, tunc fiet miſsio in poſſeſsionem ex illa l.
* Super rubrica.C.de ſucceſ.edic. dicit Bal. ꝙ hæreditas iacẽs non patitur ſecundum decretum.nam licet fingatur loco perſonæ,fingitur loco perſonæ defuncti,non hæredis futuri.defunctus autẽ nec citari,nec latitare,nec pati decretum poteſt,niſi in caſu l.ſi deceſſerit.ff. qui ſatiſda. cog. in pœnã autem ex contractu defuncti hæreditas iacens incidere non poteſt,ut l.debitor.de negoti.geſt. tempora autem utilia hæreditati iacẽti nõ currunt, ut l.ea q̃.de in inte.reſti.& ſi q̃d in p̃dictis inordinatè ẽ factũ,ſtatim eẽt reuocandũ,l.minor.de euict.& l.j.§.deinde.ff.ſi mulier vent.nom.& l.ſi cum nulla.de re iudi.& Guil.in l.verum.de minor.non tamen dicitur factum inordinate, ſi omittatur leuis ſolennitas,& abundans , ſed non neceſſaria cautela,reſpectu ordinis uel citandorum.ut uerbi gratia,quia non ſunt citati amici uel coniuncti genere,ſed à iure ſuccedendi remoti,l.j.§. denunciari,de uen.inſpi.ar.ꝯ̃,ex quib.cau.maio.l.ergo.& l.hæc autem.§. ſin aũt. ex q̃.cau.in poſſ.ea.ſed illi caſus ſunt ſpeciales Cæterum regulariter nemo eſt citandus in cauſa,niſi ille qui habet ius in cauſa.l.nam ita diuus.de adop.& intellige ſi habet ius in cauſa tanquam pars, nõ ſi ſua interſit tanquã iudex uel teſtis,ut no.Inn.in c.uerbũ.de for.compe.& c in noſtra.de p̃cur. & l.lucius.de infa.quia de iudice uel teſte per citationem non eſt fiẽda pars ſeu ꝯ̃dictor,licet opponere poſſit ſponte:& tunc dicuntur ꝯ̃dictores uoluntarii.fac.quod not.in c.inter priorem de excep.p̃ Inn,Bal.prædicta ponit in rub.de ſucceſſorio edict.& dicit.Bal in l.cum hęreditas.C.de po.ꝙ exiſtentia ſui heredis tantum operatur quod hęreditas non dicatur iacens, & ſic non poteſt dari curator bonis tanquam hæreditati iacenti
* In l.ſed alio.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxa.cã aga.& in dicta rub. de ſucceſ. edict. an citatur per proclama generale poſſit poſt ſecundũ decretum audiri, & de iure ſuo docere. Et videtur ꝙ non,l.ſi eo.de remiſsio.pign.C.& l.a diuo Pio.ff.de re iudic.§.ſi poſt ad dictũ.fa.ꝙ no.in l.j.§. quidã. ff. ſi ſerui plus q̃ per l.falci. In ꝯ̃riũ videt̃,quia nulla lege cauetur, ꝙ per proclama generale quis debeat ſuo iure priuari, imo debet prius citari nominatim , ut l. j. §.

denunciari.de vent.inſpi.Inn. in c.humilis.de ma.& ob. ſimile videmus ꝙ creditores & legatarii,licet ſint citati per proclama generale in confectione inuentarii,tamen poſtea admittuntur ad improbandũ ipſum inuẽtariũ, ut in auth.de hære.& fal.§.ſi vero abſunt. Item videtur abſurdum ꝙ quis priuetur iure ſuo eo ꝙ non comparuit in vna citatione,l.j.in fi.ſi quis ius di. non obtempe. Solu.aut quis non eſt citatus vllo modo,& nullum ei generatur præiudiciũ in poſſeſſione nec proprietate, vt dicto §. ſi quis rem & Inn. in c.ſi quando de offi.dele.aut quis eſt citatus per proclama generale,& tũc poſt ſecundum decretum non admittitur per modum contradictionis, vt dicto §.ſi quis poſt addictum,ſed admittitur proſequẽdo ius ſuum.excluditur ergo ſolum a ſummaria contradictione, non a via ordinaria: cum via ordinaria non ſit ſublata per ſummariam cognitionem,ut l. a diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.de re iud.aut eſt nominatim citatus,& tunc ſimiliter ſibi imputet ſi non contradixit,vt primo non audiatur, vt l. ſi deſerta.C.ſi prop.pub. pen. & d.l.ſi eo tempore. Contrarium tamen credo ꝙ repellatur ſolum a cõtradictione ſummaria,non ab ordinaria petitione: & in hoc nocet ei contumacia,quia facit eum de actore reum,ut l.ſi prius.de ope.no.nun.

¶ An miſſus in poſſeſsionem ex ſecundo decreto non deiecto poſſeſſore, uel non recedente poſsideat no.in l.ſi finita §.ſi forte.de dam.infe.

¶ Bal.De primo & ſecundo decreto.

CAVEAT autem iudex,ne procedat ad dandã poſſeſsionẽ ante ſummariã cognitionẽ debiti,§.ſequitur.poſt prin.G. ¶ Miſsio poteſt impediri per tertiũ poſſeſſorẽ,§.reſtat.ver.quid ſi apud.G.& no.in §.ꝙ ſi ſuper re-b'.per Accur.C.ne vxor ꝓ mar.l. ob maritorũ.per gl.& Cy. niſi poſſeſsio ſit tranſlata in fraudem,l.j.C.de alie iud.per Cynum.Sed Bart.dicit, quòd etiã tunc nõ ꝓcedit per viã miſsionis: vt ipſe notat in l. 3.C.de pig.in ſua re pe. niſi poſſeſsio ſit litigioſa,uel quaſi.C.de litig.auth.nunc ſi hæres uel for te facta cauſa mutandi iudicii,l.pen.ff.de alie.iud.mut. cauſa facta. Bal.vide j.de ſent.§.ſi tenuta. ¶ Quod iuramẽtum calumniæ non eſt loco probationis,& ñ approbat gl.ibi,l.theſaur'.ff.ad exhib.verſ.ſed qualiter. Et ideo ſi ꝑ ſtatutũ accuſatio damni dati probatur per iurm,ñ ſufficit tempore pro ductę accuſatiõis iurare eam eſſe verã,& non calũnioſam:qa iſtud eſt iurm calumniæ,non probationis,quæ debet fieri poſt reſpõſionem rei: ideo nouo iuramẽto opus eſt,& debet ꝑſtari intra terminum probandi:& de facto ſeruatur Peruſii in palatio.Bal.& iunge huic j.de iuramẽto calũniæ,§.ſi ſtatutum.& §.an iuramentũ,& j.de prob.§.ſi ꝑ ſtatutum. ¶ In quibus rebus & iurib' cadit miſsio,pro intellectu §.ſi de vectigalibus. & i quibus cauſis, & actionibus habeat locũ nominatio domini in iudicio: & an miſſus lucret fructus,e.§.latiſsime per G.& Barto.in l.ſi finita. §.ſi finita.& §.ſi forte ff.de dã.infe.& j.de re iud.§.item nota,ꝙ. ¶ Vbi non cadit miſſio ante litẽ nõ ꝯteſtatam,an poſsit ferri diffinitiua? dic qđ ſic ſi negotiũ eſt extraordinariũ: ver.ſi uero negatur,& ver.quid ſi agatur actori.G.Iacob.But.dicit non exigi litis cõteſtationem,in aut.qui ſemel.in recollectis per G.facit ff.ex quib. cauſis maio.l.ait prætor.§.fi.Bal. ¶ Non valet tenuta reo non citato legitime,§.iam de effectu.verſi.ſed quid ſi iudex ad poſtulationem.G. ¶ Ex illo tit.ne vis fiat ei.tria oriuntur remedia,ver.ex quo nẽpe.G. ¶ Tenuta,quæ põt dari tẽpore feriato:põt eodẽ tẽpore reuocari:no.ff.de euictio.l.minor. & in l.j.§.itẽ nunciatio.ff.de noui ope.nunc.per Iacob.& ſi valuit,debent refundi expẽnſæ actori:ſi autem non valuit,debent refundi reo,per l. eũ,quẽ temere.ff.de iud.Valere autem poteſt,ſi ſtatutum hoc dicat,vel in cauſis,in quibus nõ ſunt feriæ,propter fauorem cauſæ,uel propter fugã rei: vt no.C. de fer.l.fi.in gl.parua,quam no.Bal. ¶ Si qs mittatur in poſſeſsiouem rei meæ,ñ facto proceſſu ꝯ me,ſed ꝯ Titium,mea auctoritate eũ deiicio,l.j.§.ſi quis ideo.ff.ne vis fiat ei.& ibi per Ia. ¶ Item ꝯſtitutio l.ſi quis in tãtam,nõ competit miſſo ex primo decreto,ſecundũ Ia.ad materiam vide s̃. de citatione.§.quando citatus. & s̃.tit.prox.§.pe. ¶ Quod ſecundũ decretum ſit interlocutoria,habes j.de ſenten.§.ſecundũ decretũ.& ideo nõ oritur actio in factum:vt ibi. ¶ An poſt quadrimeſtre ſtatim & immediate ſine alia dilatiõe dari poſsit ſcđm decretũ, vide j.de ſẽt.§.an habuit.An miſsio uni' creditoris ex ſecũdo đcreto,abſorbeat ius alterius ex ſecũdo decreto: ver. ſub rub. de ſcđo decreto, ſed pone,ꝙ vni'.G.nã l.cũ unus.de bo.auct.iud.poſ. nõ habet locũ in ſecundo decreto,ſed in primo.Bal. ¶ Quod l. & generaliter.ff.de noxa.q̃ dixit rẽ alienã præſcribere,ponit ſpeciale caſum in noxali,& idẽ in damno infecto.ff.de dam.infect.prætoris alle. ſententia nõ dat tit.præſcribẽdi malæ fidei poſſeſſori,per §.videndum.verſ.hoc quoq; notandũ.G.Nam ſic daret Publicianã contra dominum:quod eſt falſum no.ff.de Publi.l.eum qui.§.ſi petenti.Bal.

a ¶ De Comparitione in termino.[a] Rubrica

ADDITIO.

a Ex practicis auctoribus ſolus Aegid.poſuit hanc rubricam per hæc uerba qualiter citatus ſe debeat iudici præſentare:eſt 8.& aliam,quæ eſt 15. qualiter reus ſe debeat coram iudice ꝑſentare. Verum eſt,ꝙ Io. de Deo libro Iudicum,parte j.poſuit rubricam Pręſentatio:ſed non proſequitur illam ad propoſitum,ſed tractat,ꝙ partib.præſentatis iudex debet laborare ad componendum:& ſi id non poteſt,quid habet agere in ciuili & in criminali.Bonagui.etiam ultra medium operis poſuit rubricam, qualiter citatus loqui debeat coram iudice. auctor autem huic rubricę pabulum difficile non paruit,niſi in principio dum voluit,quod reus,licet ſuperbus,humiliter,& licet melancholicus,hilariter coram iudice compareret.

SVMMARIVM.

1 *Actor qualiter in termino conſtituto ſe habeat iudici præſentare.*
2 *Reus in termino cõſtituto non comparens,a iudice cõdemnetur in expẽſis.*
3 *Reo in termino non comparente,quia iudex non affuit quid ſit agendum.*
4 *Inſtantia mater eſt omnium virtutum in ſuo opere.*
5 *Reum doloſum,uel ſubterfugientem eſſe non oportet,quia contra tales iura præſumunt,& iudices prouocant.*
6 *Reo,qui prius fuit contumax,comparente,in quo ſtatu cauſa dicatur.*
7 *Comparens non incontinenti in iudicem debet conſentire ; & quib.verbis vtetur.*
8 *Iudicium ex tribus conſtat.perſonis.*
9 *Reus vocatus ad iudicium,qualiter habeat ſuum aduocatum edocere.*

IN præcedenti titulo de contumacibus, & qualiter contra eos procedatur, prælibauimus :ſed quoniam vocati ſæpe comparent,ideo & de hoc aliqua ſubnectamus. Ad quod notandum eſt, quod citatus non debet iudicem contemnere,ut j.de do.& contu.§.reſtat.ſed debet ſe humiliter & hilariter in termino iudici præſentare, eo modo quo & de actore diximus s̃.đ comp.iud.adit §.viſo.Et tenetur quis ꝯparere in loco,ad quem iudex illum citauit,uel vbi ius reddere conſueuit,ff.de iuſt.& iur.l.pe.ff.de inter.act.uoluit.nec debet in veniendo difficultates ingerere,ut 13.q.2.quam præpoſterum.ne iudicem cõtra ſe exaſperet,l.diſ.l.ſi quis præpoſtera.Nam etiam nõ ſuus iudex caſualiter eum lædet,ſi quoquo modo iuriſdictioni ꝑ eſt,ff.de iud.ſi quis ex aliena.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.ex quacunque.ext.de appel.ſi duobus.16.q.j.frater noſter Vnde etiam ſi dubitet de eius iuriſdictione, ſemper uenire tenetur, ff.de iud. l.2.§.ſed ſi dubitetur,ext.de appel.cum parati.Sed & ſi certum eſſet non eſſe iudicem,tutius eſt vt ueniat allegare priuilegium ſuũm,niſi manifeſtum & notorium ſit,ut dixi s̃.de citat.§ j.ad fin.
a Poteſt[a] etiam per procuratorem ꝯparere,ſi maluerit, vt C.de ꝓc l.fi.ff.de poſ.l.j.in fi niſi dominus ſit iuſtior,quam procurator:& niſi cauſa ſit vehementior,vt in præ.l.C.nõ enim poteſt perſonaliter citari niſi in caſib. vt ext. de iud.iuris[b].Sed nec cogitur in
b grauibus eũ conſtituere:ext e.querelã.& hoc quando per ſe vult & poteſt agere cauſam ſuam,xi.q.j.te quidem.extra,de iud.intelleximus.alias enim bene cogitur conſtituere.Sed hoc proſequere, vt s̃.de proc.
1 † ¶ Sed & ipſe actor in termino cum literis & inſtrumento citationis ſe iudici præſentabit,accuſans aduerſarii abſentiã,ut C.de iudi.properandum.§.& ſi quidem,& facit eum reputari per iudicem contumacem,prout habetur s̃. de contumacia.§.ſequitur.quæ ſingula faciat redigi in actis:quæ præſẽtatio hoc modo ſcribetur in actis.

¶ FORMA. Talis ſe coram tali iudice præſentauit,pro tali cauſa, quam cum tali habet,ſeu habere ſperat,die tali, & hora tali.

2 ¶ † Fit autem hæc præſentatio,tam ab actore, quã à reo, coram quocunque iudice ordinario, vel delegato, ſeu arbitro, Quod aũt actoris præſentatio ſit facienda,patet:ſi enim reus non comparet in termino, & ideo iudex eum in expenſis condemnaret, ut s̃.de cita.§.viſo de temporum.& in aliis §§.& poſtea diceret reus ſe iuſte condemnatum,eo quod nec actor in termino cõparuiſſet,vt no.ext de do.& contu.actor.ſi actoris comparitio non apparet,ſententia retractaretur:qa iudici non creditur, niſi quatenus conſtat legitimis documentis.extr.de prob.quoniã cõtra.

3 † ¶ Quid ſi reus nõ comparuit,ideo quia iudex nõ affuit? de hoc j.de expenſis.§.poſtremo,ver.tu autem.Quod etiam hora comparitionis ſcribatur,& vtile eſt vt ſciatur,qua hora, & quo tẽpore incipit aduerſarium expectare:arg.ext.de do.& contu.cum dilecti in fi & ext.de ſequeſt.poſ.c.j.in fi de procu.auditis. & an hora venerit competenti,vt in præ.§.viſo.tota tamen dies ei cedit, vt s̃.de aduo.§.ſequitur.2.verſi. item ſecundum. Si uero ſit procurator.ſe in termino coram iudice præſentet,& ei oſtendat mãdatum ſuum,& non occultet:vt ext.de appel.ſæpe.in prin. & illud ſtatim faciat in actis redigi ad cautelã:qđ notarius in hac forma ſcribet:¶ FORMA. Die & hora talib' talis procurator. P.ſe corã tali ordinario,ſeu delegato præſentauit ,pro cauſa, quã dictus P.habet,vel habere ſperat ſuper hoc cum tali:& mandatum procuratorium eidem iudici obtulit continentiæ talis: ponatur totus tenor.& idem intelligatur de præſentatione ſyndici,vel actoris uniuerſitatis.Scripta igitur actoris præſentatiõe,actor vigilet & iudicem ſuper ſuo negotio ſolicitet : † inſtantia enim ma-
4 ter eſt omnium uirtutum in ſuo opere,83.diſt.nihil.quod dic,vt s̃.in præd.§.ſequitur.

5 † ¶ Reum quoque cautum eſſe oportet,vt non ſit doloſus : uel ſubterfugiens.nam ꝯtra tales iura præſumunt,& iudicem prouocant,xj.q.j.Chriſtianus.3.q.9.decernimus.ext.de præſump.null'. de reſc.ex tenore.de teſti.cõſtitutus.ut jam.s̃.in prin dixi. ideoque in termino per ſe,uel per idoneum reſponſalem, hora congrua,& iudice pro tribunali ſedente, ſedulus ſe præſentet, ſic ut uideatur ſuam innocentiam uelle demonſtrare & ſuã præſentationem faciat in actis redigi:non autẽ veniat,ut quidã faciunt,nimis tempeſtiue,vel tarde,vt actor expenſas illius diei amittat,& terminus inutiliter elabat.ext.de iud.c.fi.& hoc plenius ꝓſequere,vt in prę.§.ſequit.Si vero reus prius fuerat ꝯtumax,& ob hoc ꝯ eum proceſſum fuerat,nunc aũt ad iudicium veniat,ſiquidem paſſus erat miſſionem,non recuperabit poſſeſſionem,niſi prius reſtitutis expenſis,& præſtita idonea cautione de iudicio ſiſti. Si vero fuerat excõicatus,ſimiliter nõ abſoluetur, nec admittetur niſi prius

ADDITIONES

a Poteſt. ¶ Verba aegidii uſque ad uer.quid ſi reus.
b Iuris. ¶ Lib.vi.